



## ANTELOQVIVM XII.

*Elapsum pro meliori Scripturas interpretandi genere Prolegomenon, quam suggerit moribus doctrinam?*

**V**OD haecenus praestitimus, & in hac vltima laborum periodo obseruare animus est, vt post literam Ethologia subintret, & feuerum historici sensus examen temperet allegoriarum amoenitas; Nulla tam ieiuna Tractatio, è cuius venis non aliqualis instructio hauriri valeat: & ad mores componendos sedulo contemplanti vniuersa deseruiunt.

### SECTIO I.

*Nitela condecoratos, reuerentia communitos Christi Mensa hospites excipit.*

I.

**R**AERITAE disputationis omnis scopus ostendere, quantus esse debeat merus, quanta reuerentia accedentis ad Bibliorum sacram disquisitionem; sed in primis omni solari ratio debere priorem euadere animum, qui in lege Domini dies noctesque meditari statuit, & in libri signati eruendis arcanis beatas horas consumere decreuit; nisi enim & decorem, & metum simul induat, absconderit ab eo verbum, quod locutum est os Domini multifariam multisque modis à constitutione saeculi; Quod si tam purum esse deceat, tam sanctè timidum Scrutatore verbi, quod processit à labijs Prophetarum, quæ Spiritus gubernabat; qualem conueniat esse candorem illius, qualem formidinem, cui dentibus premere concessum, in stomachum traicere carnem eam, quæ secum vnitum habeat Verbum Patri consubstantiale, in quo est omnis plenitudo Diuinitatis? Quid ad hæc illi animarum indulgentissimi Medici, qui imperfectis hominibus passim consulunt, quotidie hanc frequentent mensam modò lethalis noxæ conscientia mentem non verberet? cæterum venialiter fordidulum accedere æquis ferunt oculis? Quid templa, & aræ ante Episcoporum ora, ante aciem Christianæ plebis sine honore, sine censu, sine diligentia?

2.

Venerunt ab Oriente Reges Tharsis & Insular, omnes dromedarij Madian & Ephra, nouum Principem salutaturo, aurum, & thus deferentes, atque Hierosolymam introgressi, percunctanturo; *Vbi est, qui natus est Rex Iudaorum?* Matthæi c. 2. Quamobrem reliquo toto itinere eiusmodi nihil disquisierunt? An, quia affulsit stella quæ mœnibus admissos desilitur? Sed poterat Numen alio modo docere, & supplere Astri magisterium; sin autem vt ignorarent, placebat: debuerant submissè interrogare, & quod cœlum occultare videbant, & ipsi abscondere; Adde quòd & vita

Matth. 2.

interrogatio discrimen afferre potuerit, cum praesente Herode tyranno audaci & seruido alium Hebræorum Regem proclamauerint, cui suppetias ferre, vt dominaretur, modò egeret industria eorum, paratissimi essent? Placeat sanè coniectura Chrysol. Chrysol. opinantis, non tam à dubia mente profectum quaesitum, quam ab insultante animo; Itaque non fuit illa vox nescientium vbi lateret, puer; sed corripientium metropolitane vrbs desidiã, contemptum, impietatem; tanquam asserant, Itane propè vos, iuxta Solymorum arcem Verbum Patris carnem induit, & in tempore sub visibili figura, ex claustris puellari intacto prodiit? & non resonat læticia vrbs vestra, non dies festos agit, non deponit malitiam, atque scelera? & in nouitate vitæ quasi modò geniti infantes occurrit Regi Israël benedicto, qui venit in nomine Domini saluare omnes nationes? Apud vos tam pretiosa gemma, & delitescit in stabulo, & comparatur iumentis insipientibus, bobus & asinis, cuius decor est inestimabilis, cui Seraphim in supernis æternum ingemunt; *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; in cuius conspectu & astrâ non sunt munda? Demirantur igitur, quòd hominem Deo associatum non promissis vultibus adorent, non agmine effusi Bethlechem pergant, non auro, lapidibus exquisiti honoris, aulæis præsepia vestiunt: Hoc igitur est quòd increpatoriè interrogant Auctore Chrysol. *Vbi est qui natus est Rex Iudaorum?* Sed percipiamus ipsius verba sermone 1. de Magis, qui ordine est 156. *Dicendo non interrogant, sed insultant, negligentes arguunt, seruum Domino non occurrisse causantur; nam quid ab hominibus querunt, qui per Deum nouerunt quod querebant? Vbi est qui natus est Rex Iudaorum? hoc est, cur Rex Iudaorum in præsepi iacet, & non decumbit in templo? cur non fulget in purpura, sed squaler in pannis? receperunt iumenta in præsepi, quem in domo sua recipere vos spreuistis.*

3.

Adolefcens ille, qui abierat in regionem longinquam, cum famem sustinere non valeret, amore panis vel mercenariorum adscribi numero cupiebat: cogitauit de regressu, & perfecit meditata: Sed ecce post oscula & blanditias, non panem sed amictum produci imperat genitor: *Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferre stolam primam, & induite illum, & date annulum in manus eius, & calceamenta in pedes eius.*

Luca

Lucæ 15.

Lucæ cap. 15. vers. 22. Quid agis, venerande senex quem nec causa latent, ob quas filius postliminio redux factus sit? Non eum cupido vestis impulit, sed nutrimenti; obsonia postulari friggens, & languidus stomachus, non amictum; Atque sanè ut adstarent de exteris aliqui, ad quorum vultus erubesceret genitor si pannosus appareret filius, & in atrita lacerna; parcendum fuisset quòd alimenta porrigere tantisper distulisset famæ consulens; at deerat peregrinus spectator omnium, & aulam domesticæ occupabant solium; Eia pater amici tantùm auscultant, præbesicram, subministra panem, his opus habet adulescens; cum in forum, & plateas exeundum fuerit, à domibus eburneis extrahentur vestimenta, quæ auro & lapidibus fulgeant, quæ & myrrham, & cassiam spirent; Puto si non de vitulo saginato comedendum esset, nequaquam genitor institisset, ut puer antea regeretur, quàm manducaret; itaque, si vel altilia, vel tauros mactasset, neque de calceamentis, neque de annulo, neque de stola cura fuisset; verùm ad epulas vitulinas absque amictu accedere, insanidum; At quis vituli, eiusque speciatim saginati super alia animantia honor? nimirum ipse typus dominici Corporis, ipse symbolum eucharistici pabuli; docebunt Ambrosius, atque Beda in Lucam, Hieronymus epistola ad Damasum de duobus filiis, Cyrillus, & Ioannes Geometra catena Græca nostri Corderij in Lucam, cap. 15. num. 56. Quoniam igitur filius dissipator eos repræsentabat, qui ad Eucharistiæ sacram accessuri erant Mensam, noluit ut vel coram domesticis inornatus conuiuia accumberet; quia, etsi leuis rubor atque erubescencia sit ante charorum oculos nudum, aut lacerum apparere; sed neque leuis ruboris causas huius suffert reuerentia Mensæ; ergo, antequàm manducet, tegatur qui de vitulo saginato comesturus sit; Concinnè Beda venerabilis ad cap. 15. Lucæ; *Notandum, quòd ante stola prima, ante annulus, ante calceamenta præstantur, & sic deinde vitulus immolatur; Quid verò annulus significat? Equidem bona opera; Sic Asterius nominata Græcorum catena in Lucam, num. 49. Satisne bonis operibus instructum esse, qui de vitulo saginato gustare exoptet? Nequaquam sanè; vltià & leuissimus pulvis abiiciendus, veniales defectus amputandi, ob hoc calceamenta; Sufficitne istud? Deest adhuc & stola prima, quam Baptismi primam gratiam interpretantur & Titus, & Asterius citata nuper catena, num. 46. Igitur quàm purus & emaculatus prodit infans, vel adultus post Baptismi lauacra, tanta quodammodo puritate nitere eum deceat, qui ad Christi Communicandum Corpus accedere præsumperit.*

Ambros.  
Beda.  
Cyrill.  
Hieron.  
Ioan Geom.  
Corder.

Beda.

Titus.  
Asterius.

Genes. 1.

Anast. Sin.

Cælum, & terram fabricauerat Creator, duxit velut, lineamenta, deinde ad ornatum processit; sed auspiciata à terra, cælo ad posteriores curas derelicto, quemadmodum Genesios cap. 1. attestatur, quippe die tertio protulit terra herbam virentem, & lignum pomiferum, faciens fructum iuxta genus suum; die autem quarto facta sunt luminaria, quæ & diei, & nocti præficerent; At, quamobrem prælata superis infima, astris gleba? Nonne decebat magis exordia sumphisse à nobiliori plaga? Sciamus aliquid ab Anastasio Sinaita lib. 4. Hexameri; *Antè Deum ornavit terram, quàm cælum, tanquam si terra ante cælum ditata sit Christi mysterio, & aduentu; pro-*

*pterea ante cælum ornatur; quoniam ante Angelos terra, & terra geniti homines Deum per carnem vidimus, & ante cælestia exornans ille hac inferiora, ea letificauit, & exornauit; Sanè primi labores, qui mysterij, atque artis specimen esse consueverunt, quod acuminis, atque industriæ excellentissimum est, rapuerunt semper: ibi magister operis manu, consilio, potentia, ipso etiam affectu intentus, ut singula nitidissima prodeant, excolta ad amissim, quippe ab eiusmodi opificio clarum deinde accepturum nomen in longas ætates: Iam verò quid degustant ad sacram accedentes Mensam, qua Christi Corpus exhibetur, nisi Deum incarnatum, quànquam sub velamento, nimirum, sub panis, & vini accidentibus: Numen igitur, uti iam tum à rerum incunabilis doceret, quanta cum reuerentia sumendus sit Christus ab eucharistico hospite, qualem deceat animi thalamum esse; quibus gratiarum floribus, quo virtutum spirantem odore, quàm munda omnia, atque terrena: propterea inchoauit decoramentum à terræ elemento, cælo postposito, ut quæ pars fabricæ vniuersitatis Deum cum carne fuisset possessura, & primas opificis curas sibi vindicaret: Verùm, nonne si in terra Deus, etiam in cælo Deus sit? imò cælum Deo sedes est, terra autem scabellum pedum eius? Cur igitur non prius admoxit manus, ut æthera poliret? Anne subinuere voluit recepturis sacratissimum Filij hominis Corpus, tantam debere esse pectoris nitelam, tantum cubilis & decorem & artem, ut si fas dicere fiet, cæli cælorum comparatione eius quodammodo mundi non sint? Certè tantùm superet ut minimum, quantum prima opera, quæ ad ingenij & scientiæ ostentationem componuntur, vincere consueverunt alios magistrorum labores, in quibus neque intellectus, neque amor, sicut in primis, aut desudat, aut stimulat.*

Pro filij, quem diligebat lato hymenæo fecit conuiuium homo regio decore & maiestate conspicuus: cuius splendidissimum apparatus cum viri maleuoli despexissent, misit ex seruis in operariarum, ut quoscunque inuenissent congregarent, etiam & claudos, & debiles, & cæcos, Luca narratore, cap. 14. vers. 21. Cum igitur ex facie humani generis in aulam magnificam conuenissent pannosi quique & laceri, discumbentibus cum lætitia hospitibus, intrauit Rex, ut videret symposij formam: atque inter innumerum intuitus aliquem non habentem vestem cœnatoriæ, & qualem nuptiarum requirebat festiuitas, excaudit ad spectaculum, & iracundus exclamat; *Amice, quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem?* At, num iusta hæc querela? Certè plurima sunt, quæ accumbentem defendant: Primum, uti optimè subindicat Hilarius canone 22. in Matheum: *Nunquid inuisandorum habitum designauerat? Deinde, cum inuitari quoscunque iussisset, quomodo vnus omnibus poterat esse habitus?* Terriò, quod idemmet suggerit: *Si certus ex consuetudine conuiuentium in nuptijs habitus soleret esse, ab inuitantibus, & ministris potuisset inhiberi;* Sed illud præcipuum est, quòd cum pauper effer miser conuiuia, non haberet in crumena, quibus vestem genialem compararet, obolos; adactus autem ut discumberet, necessum erat, ut qualem fortuna patiebatur, amictum gestaret; Quorsum igitur intumescit symposiarcha, & obiecat, vel quòd aulam calcare attentauerit; *Quomodo (inquit) huc intraisti?* Sed

Luc. 14.

Hilat.

Marc. 11.

parcite

parcite epularum Magistrum furoris, & vehementiæ incusare! Legistis apud Marcum cap. 11. quæsiuisse in ficulnea Seruatorem, quod manducaret; & cum præter folia aliud non appareret, damnasse anathemate lignum, arboremque subito arefactam; numquid non iusta Redemptoris bilis? & non crudele illatum supplicium? Planè certum vtrunque; Et tamen ficulneæ nullum delictum; nam attestatur citatus Euangelista Marcus non fuisse illud ficorum tempus; Scilicet, Apostolos terrere voluit pœna stipiti inuocua inflicta vt qualem homo qui in culpa esset plurima daturus fuisset, ab arbore discerent quæ virore spoliabatur ob negatam Domino alimoniam; ita, cum & vident eum è conuiuio detrudi in ergastulum, quem absque delicto facile vnusquisque æstimaret; & vitio dari, quod vel limina profano conuiuio destinata aulæ teneret; horrent ad sacratissimam dominici Corporis, & Sanguinis Mensam impolluti accedere, anima vitiorum centonibus onerata.

6. Num 10.

Numerorum capite decimo iubet Numen, duas confici tubas; Benè id quidem; nam erat plurimum vulgus, atque vt conueniret, adelsèque vocatum, sono elationis opuserat, nec poterat humanum guttur sufficere; Sed, quamobrem præceptum, vt de argento tubæ illæ: *Fac tibi* (ait) *duas tubas argenteas ductiles*; Equidem vt sacro ministerio deseruiret solùm tubarum clangor, opportunum, vt de excellentiori materia conficerentur; Verùm scopus etiam, vt ad castra mouenda accurreret multitudo, vt bello signum daretur, vt epulis, atque lætitiæ, quemadmodum Textus verba demonstrant; atqui ad bellum incendete vsus lituis aut ex are, vel ex cornibus:

Apud Hebræos Leuitæ tubis clangebant.

Quare Maro, *are ciere viros, Mariemque accendere cantu*, hortatur, & aliàs, *rauco strepuisse cornua cantu*, pangit; Eneruis militia est, quæ specioso, atque illustri magis quàm valido apparatu gaudet; Sed intuere israhelitica militiæ diuersam faciem ab aliarum gentium castris; Sanè apud alias nationes tubis clangunt ex profano vulgo aliqui; apud Hebræos optima, & nobilissima pars; quæ scilicet originem à Leuitica, & sacerdotali linea trahit; *Filij autem Aaron Sacerdotis clangent tubis, eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris*; lam verò quis ignorat, aut Sacerdotes altaribus destinatos, aut argentum splendidissimum, purissimumque inter metalla esse? Quoniam igitur eos in tubicines eligere placuit, quorum diligentia sacra altaria concessa fuissent, & qui arcam Testamenti circumstant; mutauit continuò assuetam apud nationes tubarum materiam, significans non decere Sacerdotem, & altaribus dicatam tribum, nisi quæ & tera, & indefacata, fulgentissimaque esset, quale sit argentum; Subscribat Tostatus quæst. 17. in cap. 10 Numerorum; *Fuit hoc propter ministros; nam in his tubis non clangebant populares, sed soli filij Aaron, vt dicitur in litera; & tamen isti erant ministri excellentissimi, qui ministrabant intra Sanctuarium; ideo competeabant eis instrumenta, vel vasa excellentissima; sic autem erant tuba argenteæ, ideo tales factæ sunt.*

Tostat.

7. Psalm. 146.

Creatoris summam munificentiam commendaturus vates cum purpura, etiam erga coruorum factus elementem deprædicat, Psalm. 146. vers. 9 *Qui dat inuentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum*; Destituuntur à pessima & ingrata volucri implumes auicula, & ma-

tris vices subit Numen, quemadmodum obseruauit Cassiodorus, Strabus, Lyra ad eum Psalmi versum, & apud hunc postremum Isidorus; pulchrum hortamentum religiosis viris, qui & parentes, & fratres propter Deum reliquerunt, quos proinde singulari prouidentia alere supremus Rector destinet: Sed quale pullorum nutrimentum; Cassiodorus vbi superius: *Pulli coruorum dicuntur rore vesci, & beneficio atatis ignorant escas, id est, fetores cadaverum*; Mirum istud, quod è cælo pastus descendat, quo corui roborentur: nam sanè rerum naturæ id quàm consentaneum apparet, vt quibus aut artibus, aut cibis vnusquisque in matura, validaque atate assuecat, iisdem à pueritia, imò & ab infantia incumbat; Cum igitur corui, postquam vires sumperunt, toto impetu ferantur ad mortuorum caduera, & quicquid & purulentum, atque malè olens in carnibus; quamobrem non hoc escatum fœtido genere, & pullos depascit Creator? aut saltem cur non & cæli delectantur rore corui, postquam infantiam deseruerunt, & nido auolantes ætheri se commiserunt, Sanè, huiusmodi alites grandiores facti rapinis, & deuoracionibus indulgent, nihil in eorum moribus excelsum, nihil entheum, atque sublime; at priusquam vestiantur plumis, & nuditatem contegant, innocentia formam quampiam ostendunt, paternarum inclinationum obliti per id tempus; neque enim aut sociis volucribus damnum aliquod inferunt, aut ad cadaverosa, & olida anhelant; Quid igitur gens Christianorum? Vultis de cæli benignitatis pacis: vultis panem de cælo manducare, quocum vnà & ros descendebat in circuitu castrorum? Impitami coruos implumes; rapinam, iniurias, carnis desideria abiicite, hæc grandium coruorum opera sunt, non hos rore cæli depascit Numen; sed malitiæ incapaces pullos, qui derelicti à patribus ad æthera, ad comunem vniuersitatis Prouisorum Deum, suspiria fundunt.

Religiosorum Deo singularis prouidentia. Cassiod. Strabo. Lyra. Isid.

Corui implumes que nutriantur escas?

Petri humiles lares aliquando ingressus Magister Orbis I E S V S, vidit lecto affici socrum Simonis, quæ febribus alligabatur; interpellauit gener, & restituta est mulier pristina valetudini: O certè dignam Principe Apostolorum animaduersionem! Discubiturus erat in domo Simonis Christus, futura socrus ministra epularum, quæ Christo cibos, quæ calicem porrigeret! ergone Seruator à febricitanti dextera obsonia recepisset? Apage tam fœdam rem! Sanam esse oporteat feminam, valentem, absque ægritudinibus, quæ Christi futura sit pincerna, cui ad sacrosanctam Mensam appropinquare non interdicitur: O Sacerdos, ô Eucharistici conuiuij hospes! quæ hæc tua est insolentia tam vecors, tam effrenis audacia? Laborat febribus mens impura, æstuat auaritia, libidinibus, gula, iracundia, vniuersis malorum capitibus & Christo ministrare, Christum manducare præsumis? Præclare Ambrosius de institutione Virginis, cap. 7. *Simul, qualis esse* Amb. *debeat, quæ Christo ministrat, ostenditur; oportet enim primò carere variarum illecebris voluptatum, vitare internum corporis, animæque languorem, vt Corpus, & Sanguinem Christi ministret; neque enim potest quisquam peccatis suis ager, minimeque sanus immortalium sanitarum remedia ministrare: Vide, quid agas, Sacerdos, ne febricitantem*

8.

debeat, quæ Christo ministrat, ostenditur; oportet enim primò carere variarum illecebris voluptatum, vitare internum corporis, animæque languorem, vt Corpus, & Sanguinem Christi ministret; neque enim potest quisquam peccatis suis ager, minimeque sanus immortalium sanitarum remedia ministrare: Vide, quid agas, Sacerdos, ne febricitantem

manu Corpus Christi attingas; prius curare, ut ministrare possis.

9.  
Epiph. Cypri Episc.

Perpendo singularis vocabuli emphasim apud Epiphanium, Episcopum Constantiæ urbis Cypri sermone de laudibus MARIÆ tom. 2. Bibliothecæ Patrum tertiæ editionis; *Fidei Mensa intellectualis, quæ Panem vitæ mundo suppediavit; Clibanus intellectualis, qui Panem vitæ intellectualem mundo in escam attulit, de qua Saluator ait; Accipite, comedite; hoc est Corpus meum, &c.* Quamobrem Mensam intellectualem appellat? Nonne Mensam, qua Propositionis collocabantur panes, vocare poterat, ut liberet allegoria vii? aut certè Mensam aliquam depingeret, materialem tamen, quæ omnia pretiosa ostenderet, aurum, lapides exquisitos, & de lignis quicquid aut iucundum, aut odoratum natura in sylvis protulit, atque huic assimilaret ventrem, qui Deum in carne portauit? Quali metaphora vsus est plurima cum elegantia Salomon in Epithalamicis, cap. 5. vers. 14. *Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.* Et cap. 7. vers. 2. *Umbilicus tuus, crater tornatis, nunquam indigens poculis; venter tuus sicut aceruus ritici, vallatus lilijs:* Equidem, quantuncunque aut ingenium, aut potentia artificis conetur, nunquam eiusmodi Mensam valeat exprimere, qualem sola cogitatio diligentis scrutatoris possit intra animi secretas latebras efformare; excedit cogitatio penicillum; Quoniam igitur Virgo Beata Deum sub carnis integumento vulua gestatura erat, parum existimauit, si Mensam diceret, aut ex lapidibus, aut ex auro, aliæ quauis præcellentissima materia compactam; exigua hæc tanto hospiti nitela; supra omnem captum quodammodo eius esse debeat puritas, cuius pectus Diuinitas carne velata ingrediatur; ideò MARIÆ, non Mensa utcunque, sed cuius pictor spiritualis, intellectus videlicet, quo maior non sit alius opifex in delineando; Sed quid mirum, ut hanc tantam munditiem velut ex iure quodam ab iis postulemus, qui Eucharistiam recepturi sint, quando ibi humanitati coniuncta personalitas Verbi? cum etiam ab illis exquisitam animorum munditiem flagitemus, qui verbum Dei scriptum, hoc est, vtriusque Fœderis sacram loquelam tractaturi sint quouis modo, quæ fuit occasio præsentis de Christi Corpore documentum?

Cant. c. 5.  
& 7.

## SECTIO II.

*Non vnā esse semitam, qua ad Olympum itur.*

10.

Docuimus, varia esse Scripturarum interpretamenta, & hos allegoriam amare, illos Tropologiam; esse quibus vnice aridet historicus sensus; versari & quosdam in anagogicis, & cœlestium cogitatione; Pulchrè vnusquisque in sensu abundat suo, omnesque in idipsum contendunt, ut Scripturas elucident, quod & consequuntur: atque in hac diuersitate mihi radiare visa Christiani certaminis non ignobilis forma: Currunt in destinatum brauij finem, qui è Christiana palæstra verè sunt: sed alius inter aulæ, & ferculorum pompam: alius in egestate,

& miseriarum cataclysmo: alius per valetudinem: alius per lecti dolores: alius per simplicitatem: alius per intelligentiam: hic asperior, ille remissior: Nulli igitur desperandum, quoniam non vna via est ad æternaturæ gaudia, non vna ad virtutis basilicam platea: si dura perpeti inaccessum sit ob infirmitatem, mitia superfunt: si spernit generosus animus blandula, & emaricida inueniet robusta & valida, quibus delectetur: tantum non aliquis nimium sibi confusus omnem alienam semitam contemnat, & arbitretur ab eo, quem ipse ingressus sit, calle deflecentes in præcipitium ruere: meminerit, & qui duo, & qui acceperat quinque talenta, utrosque seruorum bonorum glorioso honoratos titulo, ad stationem Beatorum admittos: Sed expromamus, quæ persuadeant.

Elegit è discipulis Simonem, & ex charioribus alios duos Seruator hominum, quibus gloriosum se ostenderet Thaboris in vertice: aduocauit & testes Moysem, atque Eliam: Cur hos potissimum? Equidem vix inter Patriarcharum feriem alij duo, quorum aut vitæ genus, aut officia, aut animi affectus pugnantiores: Moyse eruditus omni Ægyptiorum sapientia: Elias quoniam in Lyceo didicerit, ignoramus: Moyse inter pompam, & aulæ delicias versatus adolescentior, valentiori ætate populorum ductor magnificus, Regibus æqualis: Elias coruo œconomus vsus, in montibus, in cauernis delitescens, sic contristatus, ut mortem in desiderio haberet: Moyse benignus, mitis, tolerans: Elias ignes, vastitatem asferens, & terribilis velut castrorum acies: Cur igitur hos tam ediametrarios potissimum confabulatores delegit? Sanè erant illa gloriæ Beatorum stillicidia, cum permissum animæ, ut in corpus de plenitudine splendoris paululum illucesceret, & restricti in eum diem fulgores prorumperent tantisper: Ut igitur significaret, non modò consequendum imparem in cœlestibus honorem ab iis, qui per diuersos tramites vadunt: sed etiam ab illis, qui summè opposita dilexere studia, proptereâ faciè gloriæ reuelaturus singulari delectu ex omni Patriarcharum numero Moysem, atque Eliam excerptis: Vide si non adfauet Ambrosius lib. 1. de Jacob, & vita beata, Ambr. cap. 8. *Neque enim minus beatus Elias, quam Moyses, cum alter cibi indigus, melioride vili, sine filijs, sine sumptu, sine comite: alter populi ductor, latus sobole, succinctus potentia, diuerso genere meritum aequale fundauerint, quando cum Domino in resurrectionis gloria resulserunt: videtur enim parem his quasi paribus gloria sua restibus, dedisse mercedem:* Si quis igitur instar Eliæ oppida deserit, nemore, & subterraneis absconditur, grossiori vtatur pallio, respuat omne in victu obsoniorum lenimen, gratias agat cum humilitate Patri luminum, à quo est donum tam excellens, ut animum non minus quàm corpus edomet: at nullo modo aliam mitiorem viam ingressos contemnat, sciâtque fieri posse ut qui contrarias semitas amplexati sint, æqualem referant palmam: *Neque enim minus beatus, Auctore Ambrosio, Elias, quam Moyses, cum alter cibi indigus, melioride vili, sine filijs, sine sumptu, sine comite: alter populi ductor, latus sobole, succinctus potentia.*

Audiamus, qualem recens nato Emmanuéli præcinit

11.

12.

Isai. 60. præcinit gratulationem Isaias Propheta cap. 60. *Surge, & illumina, Hierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est: inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian, & Ephraim, omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes: Maiestatem planè ista omnia redolent, diuitibus aperitur via ad Hierosolymam, exinde ad Berthelemiticum stabulum: Explicet Hieronymus: Sed si legamus Isaiam (inquit) c. 60. quomodo cameli Madian, & Ephraim veniant Hierusalem cum donis, atque muneribus; & qui prius curvi erant, & vitiorum pravitate distorti, ingrediantur portas Hierusalem, videbimus, quomodo & isti cameli, quibus diuites comparantur, cum deposuerint gravem sarcinam peccatorum, & totius corporis pravitatem, intrare possint per angustam portam, & arctam viam, que ducit ad vitam: Sed, nunquid ad spectandum Deum hominem factum solis Regibus patebit limen, atque illis tantum, qui cum muneribus veniunt, aurum, nempe, afferentes, atque Arabiæ sylvam? Proh! quanta mortalium pars foris stabit, si talibus valvæ solùm aperiantur, quibus saccula, & aurum? Puto, quòd & pauperes etiam, qui in præsepi iacere dignatus est, non sit reiecturus. Certè ad pastores in e regione vigilantes, & custodientes vigilas noctis super gregem suum, facta est exhortatio angelica, vt Berthelem pergerent visuri Salvatorem sæculorum in civitate David, & claritas Dei circumfulsit illos: Concinnè Bernardus sermone 5. de Natiuitate Domini: *Consolamini, consolamini, popule meus, ait: utique populum humilem, quem saluum facies, nam oculos superborum humiliabit: Vis nosse populum eius? Tibi derelictus est pauper, ait, homo secundum cor Dei: O beata hereditas, quæ solos peccatores excludit: diues locum inuenit, pauperi ostia referantur: quidni enim? nam & hereditate ipsa mansiones plurimæ, & non vna est semita, que ad eam ducit.**

Luc. 13. Luc. 16. Lazari fortunatum exitum recensens Lucas cap. 16. vers. 22. ait, asportatum eum ab Angelis in sinum Abrahæ: Sed, cur sinus Abrahæ vocatus locus, quo animæ iustorum quiescebant magis, quàm Noë, aut Moyses, aut Iob, vel Davidis sinus? quid enim defuit ad gloriam tantis viris? nam, si vetustatem consideres, antiquior Noë; si dolorum sufferentiam, patientior Iob; si cognitionem, doctior Moyses; si imperium, augustior David: Verùm attende, in quibus vicerit Abraham; hospitalitate nimirum: nam ad ostium tabernaculi sedebat in valle Mambre prospiciens, si fortè peregrinus quispiam occurreret, eratque beneficentia communis: pauperi æquè, ac locupleti blandiebatur: Lege Chrysostrum homil. in Genesim 40. Hinc igitur potissimum delectus, cuius in sinu requiescerent Heroiùm Sanctiorum spiritus, nisi qui carnis contubernium sanctorum: nam placida illa quiescendi statio futuram beatæ patriæ iucunditatem repræsentabat: erant namque æternitatis candidari, qui in Limbo detinebantur: Ve igitur significaretur, aut comparatione Olympi, aut altiorum eius nullas esse præfixas metas, modò corruptela & peccatum absit: sed patere ingressum pariter & de deiecto, & honorato: has, illasve terentis semitas: hoc, illudve institutum professis: assumptus est à Patriarcharum choro, qui sinum hunc repræsentaret ille imprimis, in quo refulsit quietis eius spirans imago, dum apud mortales ageret: *Sherlogi Anteloq. in Cant.*

fuit autem hic Abraham propter hospitalitatem: nihil enim patriæ illius communem indulgentiam sic exprimit, quàm sincera hospitalitatis virtus, cum siue nobilis, siue plebeius, seu huius, aut illius exercitationis, ab Oriente, an ab Aquilone venerit, verus misericors non expendit: Sed loquatur Chrysostrum ea, quam diximus, homil. quadragesima: *Quando vero audis, quòd omnes isti ab illo tempore, & vsque nunc, & vsque ad consummationem eius operis orationem faciunt, vt in sinum Patriarchæ occurrant; quem alium maiorem honorem commendare quis poterit? quia enim quando oportebat, sua attulit, magna gratitudine omnia ferens, tam iucunda, quam iniucunda: propterea misericors Deus caput honorum, & id, quòd iustus maximè concupiscebat, largitur.*

Amisit diues opilio omnem vnam, & amote, plusquam auaritia impulsus, saltui se commisit: non vepraeta, non paludes, non latronum gladios non resqua ferarum veritus; & inuenit tam sedulus inquisitor, reuexitque in stabulum triumphans suppositis gaudenti oneri ceruicibus: Perdiderat & filium genitor, nec quærit tamen, non exilia, non peregrinationem sibi affectu prolis indicit: ast tamen reuertenti occurrit, & oscula infigit, & vitulum saginatum mactat, & annulo, & calceamentis, & stola prima donat: Cur non & Zachæum adiit? cur non occurrit videndi cupidissimo; saltem prohiberet arborem ascendere, & de lycomorio transeuntem prospicere? Pudet hominem substantia & diuitiis affluentem inter publicanos summæ auctoritatis per ligna repere: ridendum id in homine vel de plebe, si tamen moderato, & sobrio: Anne doceamur, non vnum esse tramitem, qui ad Christum ferat? O iudiciorum magnam caliginem apud Numen omnipotens! Quàm variè iustos suos exercet Creator! Iste lecto decumbit, clamans per singulas noctes, qui prolongatus est incolatus eius: illi nec caput, nec stomachus doluit per longam ætatem: Ille & ludibrii & contumeliis vexatus: ille in ore atque fama mortalium cunctorum: O & illud quam secretum est, quòd animas quasdam rerum Gubernator perpetua consolationum inundatione velut obruit: certè speciali concursu adiuuat, ne succumbant; magnorumque virorum egregios spiritus arescere sinat, & dormitam præ radio, neque visitat, nisi aut ad vesperam, vel in ictu oculi! Hoc igitur est, quòd Zachæum per ligni & Crucis ascensionem ad se pertrahit: adolescentem patrimonij dissipatorem per oscula: ouiculam per amplexus, per colli suppositionem: quanquam & Zachæum à Christo quæsitum, velut ouiculam lustrauerit pastor, Chrysostrum Chrysof. innuat homil. 4. in Lucam: *Vides, quia credituri fidem præuidens Christus latentem in arbore, quasi peccatorum tenebris obumbratum, sollicito, vt omnem perditam, requisivit aspectu, & venire cunctantem vocat, venientem quasi humeris suscipit.*

Conuertit ad empyreas sedes lumina Pfaltes, & miratus urbis pulchritudinem, prorupit in encomium Psalmo 86. *Gloriosa dicta sunt de te (ait) ciuitas Dei: Verùm, in quibus sita hæc tanta gloria? Memor ero (subdit) Rahab, & Babylonis scientium me: ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Ethiopum, hi fuerunt illic: At, num hæc gloria, ô David? an non magis dedecus? foras canes, & profanum vulgus, quales & Tyrij, & Ethiopum denigrata natio! quemadmodum enim imperia-*

lem maiestatem commendat, quod omnes augustæ fabricæ partes, vel auro, vel tapetibus, vel pretioso marmore resplendeant, & omnis abiecta materia ab aulæ & parietibus & tignis longissimè distet: sic & eandem euehit plurimum ministrorum, & inseruiuntum delectus, ut honorati, ut nobiles sint quicumque regium ambitus latus: extra igitur Palatii limites vilia capita, qualia Æthiopum mancipia: quomodo itaque gloriosa ciuitas, eò quod Æthiopum populus fuerit illic? Sed bene subinnuit Augustinus in præfatam Odam, non esse de terrena Sione carmen: *Quasi intuebatur ciuitatem illam Hierusalem in terra: nam videte, quam ciuitatem dicit, de qua dicta sunt quadam gloriosissima: nam illa destructa est in terra, hostes passa cecidit in terram, iam non est quod erat:* Sermo igitur Vatis de beata Solyma, quæ construitur viuis ex lapidibus: huius igitur metropolis primus honor, quod neminem respuat à sordibus peccatorum liberum, & æquè omnium prouinciarum mortales, omnium artium & scientiarum cultores amplexatur: Romanus es? admittit: Atheniensis? colligit: Garamas, Ponticus, Æthiops: non despicit? Senatores, milites, bubulci vniuersi ingrediuntur, & pro meritis suis cuique locus: Hæc est gloria illius supernæ Hierosolymæ, licet humana vitio habeat tam commune hospitium; Intellige rursus ab Augustino: *Vnde igitur gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei? Audi unde! Memor ero Rahab, & Babylonis scientibus me: Merito gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, ubi non solum est ille populus Iudeorum natus ex carne Abrahæ: sed ibi omnes gentes, quarum quadam nominatae sunt, ut omnes intelligantur: Memor ero, inquit, Rahab, &c.*

16.

Et quoniam in tui gratiam potissimum hæc suscepta est parænesis, ô Lector qui adhuc imperfectus, atque leuium malorum timidus, putas resarciendam Angelorum ruinam à viris cõsummatæ virtutis solum, da veniam tantisper, ut Davidis Hymno immoremur, & intelligas non tantum Hebræis, & semini Abrahæ sedes parari intra Sionem: verum & despectis Æthiopum vernis, sciâsque vrbi hinc nullam accrescere iniuriam, decorari eximie tamen: Peruolue eiusdem Regis Strophas, & considera, ut sponsam in die lætitiæ cordis eius, cum ad ostentationem se componit Psalm. 44. delineet: *Adstuit Regina à dextris tuis in vestiu deaurato circumdata varietate: Quid est, quod nõ ex solo, aut argëto, aut margaritis, vel auro contexitur puellæ vestis? Quoniam formosior est varietas: & tamen, si multa coniungantur, ut discolor tunica conficiatur, necessum est pretiosis admisceri disparis nobilitatis filamenta: plus tamen aridet vicissitudo; Et certè in hoc monitore Dauide: *Omnis gloria filia: in fimbriis, nimirum, aureis circumamicta varietatibus. Quemadmodum igitur vestem filamenta ornant, sic urbem ciues: textitur paludamentum ex illis, de istis constatur ciuitas: Vti ergo vestem gloriosam facit, nõ aurum, sed varietas; & urbem gloriosam reddit habitantium differentia, si & Medi, & Parthi, & qui vltimas terrarum oras incolunt, simul conglobentur: Hoc est igitur, quamobrem Sionem gloriosam nominauit: quoniam & Tyrij, & Babylonij, & Æthiopes, & de omni, quæ sub cælo est, natione morabantur ibi: Noli tristitiæ barathro absorberi, anima: tantummodo infantiam, & pueriles mores non amare, bonæ voluntatis homo: si non fuerit per**

Psalm. 44.

re pretiosa vestis, erit varia, & omnis gloria illius in varietate post auri fundamenta.

Non credis adhuc? Aduerte, quid egerit Iobus regno, & fortunis postliminio redditus: *Non sunt autem inuenta mulieres speciosæ, sicut filia Iob in vniuersa terra; deditque eis pater suus hereditatem inter fratres earum.* Iob c. vltimo, vers. 15. At qui insolitum, ut viuente masculina prole, feminæ hæredes instituatur: nam, quod Numerorum c. 36. leguntur filia Salphaad possessiones accepisse, ob defectum omnis virilis sobolis contigit: Verum alij genitores talia instituta obseruauerint, non Iobus, qui cælestem Patrem æmulari cupiat: tantumne viris hæreditas illa interminanda? tantumne fortibus? & imperfecti, quibus femineus animus, excludentur? Non sic quidem amplissima est possessio Iobi: meliora dabuntur gnatis, sexuque robustiori: sed erit & quod accipiant virgines, nec defraudabuntur agrorum & ipsæ parte aliqua: Referat Gregorius Papa Moralium lib. 35. c. 14. *Et luctum deinceps respuant trepiduli omnes: ipsa quasi ex imperfectorum typo velut infirma hereditatem inter fratres accipiunt: usus namque vita veteris non habebat, ut hereditatem femina inter masculos sortirentur: quia legis seueritas fortia eligens, infirma contemnens, districta potius studuit, quam benigna sancire: sed pio nostro Redemptore veniente, nullus infirmitatis sue conscius de sortiendâ cælestis patrimonij hereditate desperet: Pater enim noster inter masculos etiam feminis iura successione tribuit, quia inter fortes, atque perfectos, infirmos, atque humiles ad sortem supernæ hereditatis admittit: unde ipsa Veritas in Evangelio dicit: In domo Patris mei mansiones multe sunt: Sorores ergo cum fratribus ad hereditatem veniunt: quia infirmi illuc cum fortibus admittuntur, quatenus, si quis per imperfectionem non erit summus, ab hereditatis tamen sorte per humilitatem non sit extraneus.*

17.

Iob. 42.

Femina hereditate non donabatur.

Gregor.

18.

Iudic. 7.

Progressus ad pugnam contra Madianitas Geodeon, noua præliandi imagine milites armat: *Dedit namque tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas, ac lampadas in medio lagenarum.* Iudicium c. 7. vers. 16. Pupugit Bedam prælij instructio, & ad citata ex Iudicibus verba: *Quis (inquit) vniquam cum lagenis, & lampadibus ad prælium venit? quis contra arma veniens, arma deseruit? Ridicula nobis hæc fuerant, si terribilia hostibus non fuissent.* Prohibuit fortasse Numen, galeæ, lorice, ocrearum, clypei, hastæ usum: Sed plena est Bibliorum pagina talibus: aliquid de equis interdicitum, cætera Hebræis permissa: quamobrem modò alia belli facies? Nunquid ad patefaciendam diuini roboris insuperabilem vim, qua & fictili luto vincuntur chalybes, & quæ durissima sunt? aut præfigurabatur Apostolorum de Gentilitate triumphus, cum hi infirmi, illi omni potentia instructi essent? Docuit vtrunque Theodoretus, quem legas quæst. 96. in Iosue, & 15. in Iudices. Arbitror & insinuatum à Deo, non penes armatos, & validos semper victoriam; sed etiam imbelles & nonnunquam superare: Itaque non vnus triumphandi modus apud Numen: regnum cælorum violenti rapiant, strenui, magnorum spirituum Heroës: sed est, quando & infirmis aditus ad Olympum pateat, ut nuper ostendebamus ex Gregorio Romano: Nimirumne, quod dixerimus, amphora & lucernis munitos proffigasse acies omni armorum genere instructas? Dabimus & infantes, qui è cunis, è nutricum vberibus

Deus per infirma vincit.

Theodor.

vincant;

vincant; illi, nimirum, pro quibus Rachel plorabat, tales Herodes sustulit inaudita crudelitate; Sed tales in campum ducturus venerat, de quo Iſaias cap. 8. vers. 4. *Antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samaria cum Rege Assyriorum, Quem locum dextrè Tertullianus explanat libro contra Iudæos, c. 9. Scilicet, vagiu ad arma esset conuocaturus infans; & signum belli, non tuba, sed crepitaculo daturus; nec ex equo, vel de muro, sed de nutritis, & gerula sua dorso, hostem designaturus; atque ita Damascum, & Samariam pro mammis subacturus.*

Iſaiæ 8.

Tertull.

19.

Matth. 25.

Atque ab his discite æquitatem magni Iudicis aduersus iniquos, cum integer respondebit orbis, Matth. 25. vers. 41. *Discedite à me, maledicti, in ignem æternum: esurii enim, & non dedistis mihi manducare; sitiui, & non dedistis mihi potum, hospes eram, & non collegistis me; nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me;* Quorsum tam longus rerum catalogus? nempe increpat supinam maleuolorum negligentiam, & erubescentiæ vertit, quod cum tot paterent ad felicitatem semitæ: tot essent aperta ostia, salute exciderint; Equidem, si vna aliqua tentanda esset via, haberent locordie scutum aliquod; neque enim in vnum omnes sunt, quod validitolerare possunt, infirmi nequeant; Nunc, cum per tot calles ire liberum, vniuersos præteriisse, insignis pigritia; angusta est via, quæ iubet panem esurienti frangere, saltem visita iacentem in lecto; durum est istud, operi nudum; nolis vestire, da vel potum aquæ frigidæ; non potes esse Paulus, aut Antonius, dilige eleemosynam; sin autem in tanta viarum abundantia errare velis, non vis, vt Iudex insultet, & fugillet? Auscultemus Augustin. serm. 62. de Tempore: *Sed quis erit, qui se poterit excusare, cum etiam pro calice aquæ frigidæ mercedem se Dominus redditurum promiserit? & quare frigidæ dixit? ne forte se posset aliquis pauper de lignorum penuria excusare, aut certè se vasculum, ubi aquam calefaceret, non habere.* Denique & per Prophetam, *Frates, Dominus ita hortatur: Frange esurienti panem tuum: Non dixit, vt integrum daret, cum forte pauper alium non haberet; sed, frange, inquit; hoc est dicere, etiamsi tanta paupertas tibi est, vt non habeas nisi vnum panem, ex ipso tamen frange, & pauperi tribue.* Ergo, quemadmodum ad Scripturas intelligendas alia est via per analogiam, alia per tropologiam, alia per historiam, alia per allegoriam; & is demum consummatus Interpret est, qui in his omnibus eruditus: sic ad Olympum alia est semita per humilitatem, alia per obedientiam, alia per theoriam; & is perfectus euadit, qui in cunctis excellit. Beatus vir, qui in via peccatorum non stetit, sed in aliqua ex tam multiplici inoffensa semita.

August.

delectatos Ethnicorum & Historicorum, & sapientum, & Poëtarum scriptis; verum in istorum monumentis sic versatos, vt quæ deseruiret Christianæ institutioni, quæ comoda, & grauius essent, solum expromerent; valere autem iuberent incompta omnia. Hos dum ego cum aut Hæreticis, aut aliis Christianis nomine tenus comparo, quibus amor, quodcumque lasciuum, aut titillans est decerpere tantum, spiritus sententiis, quæ aut virtutem probant, aut vitium detestantur, in vtrisque adumbrati concipio duas inter mortales sectas; de quorum classe altera eminentissima pars, & assueta, quod optimum est, impensè diligere, quibus valet artibus, fratrum, proximorumque dedecora obuolat; si quid autem, vel leuiter commendabile appareat, quasi bono proprio applaudit, per omnium ora dispergit continuè, atque exaggerato præconio: Altera turba inuidiæ antro nata tabescit ad fulgore; si quid sublime, & memoria sequentium ætatum dignum viti perpetrent, aut Palladis, aut Martis studio clari, etiã si quid Deo familiares animæ, aut obscurant, aut lacerant, aut penitus extinguunt; si verò sinistram aliquid pertentantur atomo quantum non maius, faciunt breui monstrum horrendum, ingens, cælo, terræque citius eliminandum. O stomachos infelices, quibus venenum cibus est!

21.

Genes. 3.

Statim atque de vetita arbore primi illi humanæ naturæ duces comederunt, subiicit Moyses Gen. cap. 3. vers. 7. *Et aperti sunt oculi amborum cumque cognouissent se esse nudos, confuserunt folia ficus, & fecerunt sibi perizoniata:* Nunquid & ante voratam escam interdicitum luminibus caruere? Prohibet sentire Augustinus multis locis, lib. 14. de ciuitate Dei, cap. 17. lib. 1. locutionum in Genesim, n. 9. Verum nunc mutuemur eius dicta ex lib. 11. de Genesi ad literam, cap. 31. *Neque enim clausis oculis facti erant, neque in Paradiso deliciarum caci, palpantesque oberrabant, vt vetitum lignum etiam nescientes attingerent, palpantesque fructus prohibitos ignorado decerperent? quomodo enim animalia adducta sunt ad Adam, vt videret, quid vocaret ea, si non videbat? quomodo mulier ad virum ducta est, vt de illa, quam non videbat, diceret: Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea? quomodo vidit mulier fructum illum esse pulchrum oculis, si clausi erant eius oculis? Et tamen apertos dicit Scriptura eorum oculos, translati o verbo, & figurata narratione vtens, apertos utique ad aliquid intuentium, & cogitandum, quod antea nunquam aduerterant. Quid verò istud est, quod antea ab eis non animaduersum autumatur, Augustinus? an quod corpora incooperta essent? Sed & hoc patebat quoque, quanquam sine erubescencia, & absque ignominia insurgentis contra spiritum carnis; docuit me Ambrosius vt de alia quam corporis nuditate cogitarem: nam & mens nuda est, cum virtutum ornamentis caret, vitio affluit, qui libro de Paradiso, c. 13. *Et antea (inquit) nudi erant, sed non sine virtutum integumentis; nudi erant propter morum simplicitatem, & quod amicum fraudis natura nesciret; nunc autem multis simulationum inuolucris mens humana velatur; nam, quomodo clausos oculos corporis habuit Adam, qui omnia animantia ita vidit, vt his nomen imponeret? quomodo cognouerunt, id est, interiore, & altiore scientia, non tunicam sibi, sed virtutum deesse velamina: Ecce igitur, dum protoplasti sancti erant, & sub originalis iustitiæ custodia, quantum oculis apertos haberet: non videbant tamen nuditatem, hoc**

Ambros.

### SECTIO III.

*Boni proximorum pulchra detegunt, vitiosa occultant; mali è diuerso.*

20.

Ostendamus, Ecclesiæ Patres, veteres illos sacræ doctrinæ antecessores, Origenem, Tertullianum, Augustinum, Lactantium, Clementem, Hieronymum, Eusebium, plurimum

*Sherlogi Anteloq. in Cant.*

est, virtutum defectum: proprium enim syncera iustitiæ est, lumina diuertere à nuditate, & quicquid in proximo miserum, atque destitutum est. At verò, quamprimùm deservire innocentiam, & in maleuolum conuersi sunt, tunc continuo aperti sunt oculi eorum; neque ad aliud quidem, quàm ad nuditatem contemplandam: nuditas autem est animæ spoliū, quam latrones omni gratiarum pulchritudine orbarunt: hæc impius Adamus libenter inspectet, quæ integer & Deo per sanctimoniam charus; intueri renuebat, famæ nuditati consulens: parum, si postquam à Deo recessit, inrepidè deinceps nudata inspiciat, nisi etiã raptot factus, & ipse denudet exorsus à siculnea: Aptè Seleucienfis Basil. orat. 3. in Adamum: *Iam seductionis fructum vindemiarunt: consueverunt folia ficus ipsi nudati nudant arbores.*

Basil. Scil.

2.2.

Pugnabat contra Iabes Galaad Israëlitis partem Naas Ammonitarum Princeps; fœdus exoptulatum à Iabitis, nec renuit Tyrannus: sed apposuit duras leges, nempe, carituros dextero lumine Iabitas omnes: *In hoc (inquit) feriã vobiscum fœdus, ut eruum omnium vestrum oculos dexteros.* Sed, cur potius euelli dextrum, quàm sinistrum lumen cupiat: Nota allegoria est, *Naas* significari dæmonem, *Iabitis*, populum fidelem, & secundum mandata cœlestis ambulantem Patris: itidem & vulgare est dextrum, siue oculo, seu manu, aut alia parte exprimi, quæ syncera sunt, quæ iusta, & sancta: peruersa autem & abominanda læua declarari: ideò & hœdi à sinistris, oues ad dexteram: Sapienter igitur filius iniquitatis *Naas*, pessimus scilicet, Dæmon, satis victoriarum se consequutum arbitratur, modò fideles oculo dextero priuet: hoc enim simul ac caruerint, eo quod relictum est lumine ad proximorum vitia attendent solū: nescit enim sinister oculo aliud quàm quod morbosum, & putridum est intueri: Considera igitur, qualem laqueum terendit iustis fallax inimicus ut dextero nudaret lumine, nimirum, placido illo, benigno, syncero, quo proximorum opera clementer intuentes omnia in melius vertebant: hoc si careat ductore fidelis, actum esse de illo putabit Dæmon: fructum belli luculentum reportasse Naas arbitrabitur, dummodo Israëlitas veros Dei cultores dextero oculo priuet: De ambitione, & fastu non malè interpretatus est Petrus Blesensis epistola 14. *Ambitio enim (ait) est ipsa iniquitas super talentum plumbi: Hoc est oculus omnium curialium, sicut Zacharias dicit cap 3. num. 6. Hoc est oculus eorum in vniuersa terra: non dexter oculus, sed sinister: omnes enim, qui militant in castris ambitionis, capti sunt à Naas Ammonite, dextrosque oculos amiserunt: perspicaces enim sunt in acquisitione temporalium: iacturam verò vitæ, quæ præterit, & imminetia mortis aeternæ supplicia non attendunt: cacutientes autem sunt ad bonum, sed perspicaces ad malum, Splendidè hoc vltimum: fuit enim omnis scopus Naas, ut cacutirent ad bonum, clauso nimirum oculo dextero, nihil quod laudabile & commendandum esset in proximis, inspectarent; & perspicaces essent ad malum, fratrum vitia acriter notantes, & in publicum, quo inhonorent, efferentes.*

Blesens.

23.

Ac sanè, quemadmodum *Naas* impiorum caput, suos eiusmodi velit esse, hoc est, qui vel cum eo amicitias ineunt, vel eius se imperiis manciparunt, qui nihil dexterum habeant; sed omnia infanda, atque sinistra existant: ita si quis iusto-

rum dux constituatur, talem esse oporteat, in quo læuum nihil reperitur; sed vniuersa secunda, fortunata, dextera sint, ut nihil occurrat, nihil videat in fratribus ( nisi euidencia veritatis aliter persuadeat ) quod non sanctum, impollutum, verum æstimet; aliter si contingat, pallio & velamentis obtegit insyncera: Quamobrem Israëlita, qui fidelium typus, eum graui seruitutis præmerentur iugo, Eglon Moabitarum sæuiente in illos Monarcha, miseratus labores Deus suscitauit eis Saluatorem vocabulo *Aod*, filium *Gera*, Iudic. c. 3. v. 15. Sed vide singularem Historici animaduersionem: docet enim contumud, *utraq; manu pro dextera vsū fuisse*: præclarissimè id quidem; ut qui Iustorum Antesignanus constitutus sit, à quo illi præliandi scientiam discerent, nihil læuum, aut auersum haberet; sed omnia dextera, & pura, sinceræque patientia luce essent, uti ad Regis exemplum subditi optimi, conciuium & fratrum opera dextere semper exponeret, ut qui ignorarent quicquid sinistrum fuisset; sub tanto Rectore proculdubio breui atque facili pugna Israëlita Moabitarum tyrannidem excutiant, libertatem antiquam filiorum Dei assequuti: nequit enim sub Moab iugo esse, qui non sinistrum quidquam habeat: Origenes homil. 3. in Iudices: *Ecce (ait) qualis est iste, qui suscitatur ad saluandum Israël: nihil habet in se sinistrum sed utranque manum dexteram habet; Dignus quidem est populi Princeps, & Ecclesia Iudex, qui nihil agit sinistrum, sed in utraque parte dexter est, in fide dexter est, in actibus dexter est: nihil habet de illis, qui collocantur à sinistris: Deinde & profectur ad longum allegoriam, ostendens ad Sanctorum classem pertinere eos, qui ambidextri sint, & in quibus nihil læuum sit: ad Dæmoniorum autem cœtum illos, in quibus sinistra dominantur.*

Iudic. 3.

Placet tamen in Origenis effato præ reliqua sententia illud: *Dignus quidem est populi Princeps, & Ecclesia Iudex, qui nihil agit sinistrum* hoc enim inter alia viri illi incomparabiles adipiscuntur; nimirum, qui omnia proximorum facta, quoad eius fieri liceat, in bonum transferunt, næuos abscondunt, suspiciones malorum velut atras nubes dispellunt, quod optimum est semper indagant, ut eis iure quodam purpura, & solium debeat: Pepercit Saülis capiti, cum de medio tollere posset Dauid; & compunctus Saül, postque effusum lacrymarum imbrem, ait ad illum: *Et nunc, quia scio, quod regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israël, iura mihi in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei:* Sed vnde nouerat ista Saül, cum hæredem teneret ipse Ionatham adolescentem robore, & animi magnitudine inter paucos insignem? Quis reuelauit? Ecce, quæ in antecedentibus loquutus sit Dauidi Saül: *Tu enim tribuisti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala.* Reg. 1. cap. 24. vers. 19. Atque ipse Dauid, priusquam diceret Saül: *Animaduerte, & vide, quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccati in te: tu autem insidiaris animæ meæ, ut auferas eam:* Quos vtriusque sermones sic ego explano: Erant Dauidis immortalia, & omnium gentium celebranda laudibus facinora, & pro Saülis incolumitate, pro commoto, pro honore vniuersa: sed pessimè semper interpretabatur cuncta Saül; minuebat, quæ incluta erant; augebat, si quid non clarum esset,

24.

1. Reg. 24.



esset, vt immane & horrendum existimaretur: è diuerso Beatus Dauid scelera & tyrannidem Saülis excusabat apud vulgus, & ciuium, & militum; efferebat magnificis encomiis, quæ cum gloria & splendore ab illo gesta fuissent: Itaque in Dauide cuncta dextera, in Saüle læua, atque sinistra: Hinc igitur est, quòd fatidico cloquio prædicat auferendam ab eius stirpe Monarchiam, transferendam ad Dauidem, nimirum, vt dicebat citatus initio Origenes: *Dignus est populi Princeps, & Ecclesia Iudex, qui nihil agit sinistrum.* Sed audiamus Chrysostrum homil. 3. de Dauide: *Pariter hunc laudans, & vniuersos erudiens, quòd tunc maiora premia nobis à Deo proposita sunt, cum pro innumeris beneficiis in hoste collatis diuersa recipimus: Ecce agnosco, quòd regnabis, quòdque regnum Israel constituetur in manu tua: Unde igitur, te quæso, ista loqueris? Nimirum, ex ipsis Davidis moribus:* Atque certè ex Saülis etiam, qui & portendebant translationem imperij, cum regere indignus sit, qui liuoris tabe correptus semper insidiatur Heroùm præclaris facinoribus, & in deterius vrget egregia quæque gesta.

Chrysostr.

25.

Ioan. 19.

Chrysostr.

Matth. 18.

Luc. 23.

26.

Pilatus, cum speciem clementiæ ostendisset, & morte liberare Seruatorem cupere se innuere, vt attulit à Iudæis Christum se Regem facere, statim iniquorum votis cessit, Ioan. 19. v. 12. & 13. Ac quidem tanta præcipitantiâ, vt neque consilium, neque deliberationem aliquam iniicit, cum oporteret tamen pro officij ratione, vt benè aduertit Chrysostrum ex catena Græca nostri Corderij in Ioannem: *Pilatus enim (ait) iam periclitari arbitratus, si id negligeret, egreditur vt rem inquirat, (hoc enim significat eius sessio,) & nulla habita quæstione, tradidit eum, existimans se eos placare:* Atque idem paulò inferius: *Valdè iniuste Pilatus tradidit eum, vt crucifigeretur: erat enim inuestigandum, an Christus regnum affectasset; sed solo metu tulit sententiam:* Ergò cum ne regium nomen audire sustinuerit Pilatus, vt huius vocis sonus ita incitauerit, vt momento in necem dederit; quamobrem, palo, quo suspenderat, titulum gloriosum Monarchiæ affixit? *Erat autem scriptum (inquit Ioannes memorato cap. vers. 19.) IESVS Nazaranus Rex Iudeorum:* Neque sanè patienter tulerunt Iudæi, à quibus postulatum: *Noli scribere, Rex Iudeorum sed quia ipse dixit: Rex sum Iudeorum:* Sed precibus non est victus: Quorsum nunc tam constans, qui paulò antèa trepidauerat ad regij titulumorem? Planè testatur Matthæus cap. 28. vers. 18. agnitus à Pilato, quòd per inuidiam tradidissent eum: cum autem eorum malitia tam aperta fuisset, vt ne ipsos Paganos lateret, fuit tamen tanta Crucifixi bonitas, vt quoad agi possit, scelus imminueret: ignorantia magis, quam manifesto errori tribueret: *Pater, (inquit,) dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt:* Lucæ cap. 23. vers. 34. *Quem ergo intuetur Præses sic fratrum piacula excusantem, clementer spillum atque audax facinus interpretantem, non potest non regiam in eo maiestatem agnoscere: ac proinde, qui antèa titubabat, arrubusque concuriebatur totis, imperiali audita potestate; nunc quamquam exoratus à Iudæis, vt aliter statueret, persistit cæptis, & respondet animosus: Quos scripsi, scripsi.*

Diues ille, qui & byssum, & purpuram induebat, & quotidie epulabatur, quibus non commaculatus vitiiis? Quid in eo non improbum & de-

Sherlogi Anteloq. in Cant.

testandum? Quàm publica malorum operum fama? Aduerte tamen subtilem Abrahæ Patriarchæ iustitiam: alloquuturus tartareis addictum flammis, circumquaque ambit perlustrans, vt possit iniqua declinare vocabula, & aliquem inuenire titulum ignominia vacuum: Nescio quam genitoris rationem offendit, & vestigio suppressis conuitiis: *Fili, inquit, recordare quia recepisti bona in vita tua: Vide (inquit Chrysostrum homil. 2. de Lazaro) Philosophiam, vide humanitatem iusti! Non dixit: Inhumane, crudelis, sceleratissime, cum tam multa commiseris in hominem, nunc mentionem nobis facis humanitatis, misericordie, & venia? Non pudet? non erubescis? Sed, quid dicit: Fili, recepisti bona:* O candidas Sanctorem mentes! etiam piacula, quæ per omnium labia vagantur, quorum sonus in omnem terram exiit, illi verentur publicare! Quando secretos nauos reuelassent, qui manifestos omni conatu tegere nituntur? & cum nullum probitatis signum in locuplete remanserit; confugiunt tamen ad generales loquutiones prius quam cogantur probrofa dicere, & quæ affligere possent, quanquam sententia iudicis iam præscriptum.

Chrysostr.

27.

Isai 42.

Chrysostr.

28.

Matth. 5.

Mirabilis virtus, ne etiam aperta vrgeret velle, & eum, cuius protrita fama est, proderet: Etiam in Messia suspexit hoc Propheta euangelicus: *Calamum quassatum (ait) non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium:* Itaias cap. 42. Arbitror autem calamum quassatum mysticè, quemadmodum etiam & linum fumigans, eum dici posse, cuius nominis bonus odor naufragium passus sit, & miserè diuulsus, atque laceratus plurium obrestatorum lingua feratur: At verò eiusmodi calamum, quod aut nefas, aut scandalum proculcare? Equidem si viret, si robustus esset, si integer, inhumanum proterere: sed honore spoliatum proicere, in partes diuidere, quoquo modo contemnere, mortalium communis vsus est: O Messiam attentum, & ea, quæ sunt quassata, quibus vltima ruina impendit, non comminere, etiam linum fumigans non extinguere! Abiit boni nominis flos, emarcuit: licet de re quæ publici iuris facta est passim sermones serere: sed ne in his quidem Messia fortis æmulator habenas laxat: Chrysostrum homil. 41. in Matthæum: *Arundinem (ait) contritam non franget: sic enim ipse omnes facile frangere poterat, tanquam arundinem: nec vt arundinem simpliciter, sed vt arundinem contritam, & linum fumigans: quod cum non fecerit, immensa humilitate, & mansuetudine fuisse comprehenditur:* Probè dixit, ad tantum virtutis culmen, quæ ne manifestata crimina detegat, opus esse immensa patientia & mansuetudine.

Experiamur, si tam præcipites mali in euerenda proximorum fama, quam in eadem iusti munienda cauti: *Beati estis (inquit Christus Apostolis, Matth cap. 5. vers. 11.) cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me:* At beati Ecclesiæ Principes, esto in vitia & scelera lapsi sint: Quis credat per omnia facinorum genera iuisse? Nam, sicut rarissimus ille est inter mortales, qui omni virtute excelluerit; sed alius patientia eminet; alium obedientia commendat; alius castimonia splendet: sic vix quispiam tam effrænis, omniumque & diuinarum, & humanarum legum immemor, qui flagitiis vniuersis deturpatus sit: Cum igitur Apostoli, vt haberent

nauos quosdam, multa tamen labe caruerint, quamobrem aduersum eos omne maledictum pronunciauerint? Dices, impudenti quodam mentiendi œstro id fecisse; Verum quid placuit tam apertè falsa diuulgasse? Scitè Chryso-  
 Chrysof. tomus homil. 15. in Matthæum, *Beati estis, cum exprobrauerint vobis, & dixerint omne malum aduersum vos; videlicet, ostendens ipsorum hoc esse proprium; Nimirum, impiorum vsus est, vt ne scintillam virtutis in his, quos odio habuere, velint esse; omnia peruersè construere; Quoniam igitur, si omne malum contra Apostolos non dixissent, tacitè viderentur consentite, in illis reliquias boni esse saltem; propterea aduersus illos omne genus conuitij effusiuerunt; vera autem scelera nulla inuenientes, confinxerunt mendacia.*

29.

Tanta autem acerbitate quæcunque honesta & salutifera sunt, insectantur, vt ne vocibus vti permittant, quæ aut medelam, aut morborum, animi quidem præcipuè, curationes denotent: Obserua in Euangelij, & videbis ab hostibus Seruatoris, Christi, & I E S V suauissima nomina præteriti, eorùmque loco, *Hunc, istum, illum, & eius generis communes dictiones substitui: Quare & quæ ad nomen odere? Quoniam sanè & nomen dulce est, & vitia, morbòsque vniuersos dispellens, & compactum ex omni virtutum fragrantia, Bernardus ferm. 15. in Cantica: Nihil ita sicut hoc nomen I E S V: quia nomen I E S V luces prædicatum, pascit recogitatum, lenit, & ungit innocentium; I E S V s mel in ore, in aure melos, in corde iubilis: nihil ita ira impetum cohibet, superbia tumorem sedat, sanas liuoris vulnus, restringit luxuria fluxum, extinguit libidinis flammam, suum temperat auaritia, ac totius indecoris fugat pruginem; Cùm igitur nomen I E S V, Christi que, nihil nisi quod salutiferum est, purum, indecæcatum complectatur; propterea, neque audire, neque labijs pronunciare illi voluerunt, qui honestati omni dixere apertum bellum, quorùmque studium perpetuum est, corrumpere: quod est virtutis, imminuere, & subternere: quod prauum, & indecorum est in publicum, & ante ora, vultusque proferre: Optimè Rupertus ad illa verba cap. 7. Ioannis, vers. 1. *Querebant Iudæi eum, vt caperent, & dicebant: Vbi est ille? Vide nunc (ait) gemina viperarum quanto sciant veneni præcordialis ardore, non enim dicunt: Vbi est I E S V: sed, Vbi est ille Nunquid eius, quem querebant interficere, poterant nomen nescire? Ergo cordis illorum habitator homicida Diabolus sic eos agebat, vt odio distante nomen salutis non possent, imò nolent attingere.**

Rupert.

30.  
Matth. 20.

Anne his adscribendi primi illi operatij, quos paterfamilias in vineam suam misit, cap. 20. Matthæi? nam, cùm animaduertent æquè compensatos illorum sudores, qui vndecima hora venerunt, liuore tacti de vineæ possessore conqueruntur, *Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus?* Considera autem quàm improba sit inuidia, quæ laude atque præmio digna sunt, obuelat: si tantillum occurrat vituperationis speciem habens, illuc aduolat festina, omnium vultibus, atque luminibus obiectat: nam, quàm multa elucebant summis encomijs digna in istis nouissimis? Primum absque conuentione & pacto, secus quàm alij egissent, laborem susceperunt: Deinde & ea sola posteriori hora tanto

nisi in susceptam prouinciam incubuerunt, vt breui interuallo ea attulerint vineæ commoda, quæ alij longo spatio; Ad hæc & cùm se excusare possent exemplo aliorum, (neque enim aut qui sexta, aut qui nona accesserunt hora, totius diei pondus sustinuerunt, quare vti his nihil primi illi opposuerunt, nec ipsis debuisse opponere,) tamen tacere maluerunt, modestiæ gratia: Cur ergo ex tantis virtutibus nullam animaduertentes obrectatores, quod pœnam aliquam demereri videbatur, solum aperuerunt, videlicet, ferius in vineam ingressos: Fecerunt igitur iuxta inuidorum mores, qui maculis proximorum tantum pascuntur, à virtutibus oculos deflectunt: Videndus Nicetas Scholio ad orationem Nazianzeni de sancto Baptismo, & multi ex Patribus ad cap. 20. Matthæi: *Non sic beatissimi illi Patres, de quibus exordio sectionis meminimus, qui cùm Paganorum Scriptorum monumenta peruoluere, ex rei Christianæ utilitate iudicassent, in eorum lectione illum posuere delectum, vt quod salubre existimassent, in suas transferrent lucubrationes: quod fœdum, & impretiosum esset, suis relinquere possessoribus.*

Nicetas.

## S E C T I O I V.

*Neque in iram, neque in lenitudinem  
nimiam deflectendum, sed media  
incedendum via.*

**D**Efendimus, optimam esse illam interpretationis normam, quæ neque sola Historia, nec solo mysterio impeditur: sed nunc has amplexatur, nunc illas partes: cùm verò in literali explanatione validum quidquam, robustumque effulgeat, est enim ipsa ædificationis & basis, & fundamentum; in allegoria autem resplendeat aliquid suauis, atque amœnum, non immeritò quispiam dixerit Historia fortitudinem, terrorem, & quodcunque masculinum, ardensque est, significari: mysticis sensibus, quod lenis est, tractabile, clemens: Quare, si vitium est Historia sola occupari neglecto omni mysterio, aut è diuerso, hoc tam impensè amasse, vt litera negligatur penitus: sanè & illaudatum fuerit, iram, fortitudinem, constantiam velle nullatenus temperare: quis enim similes furias patiatur, in quibus nihil præter Bellonæ afflatus? Absument momento homines; atque subditi, aut ipsi sibi exitium parabunt, aut certe talibus Rectoribus, quorum tam incomportabile onus: Neque his minora exurgunt damna, si vel Magistratus, vel paterfamilias, aut quicumque ille sit, vel paucorum, vel multitudinis gubernator, nimium remissus euadat: spernent enim subditi facile eneruem auctoritatem; erunt igitur extrema fugienda, & matitanens rigor cum lenimine, vt ex coalitione duorum perfecta nascatur virtus.

31.

Premebatur obsidione Bethulia, & vna salus Holofernis excidio; sed quis tam strenuum illatorem aggredi spondebit? quis patriæ aderit? quem tam grandia vocant? Ecce, tacentibus, viris castissima vidua Iudith profilit ciues liberatura, duces nationibus formidandū trucidatura. Quid

32.

agis

agis Senatus Berhulienfis? & ianuas aperis feminæ ad castra irata, ad tentorium Imperatoris processuræ? Vide, quoniam nulla vnquam trahauit arma, tantum linum, & lanam quaesuit omnibus diebus vitæ suæ; si vis, vt sindonem faciat, aut cingulum quod tradat Chananæo, doctissima in his mulier quippe digiti eius per longa spatia apprehenderunt fufum; sed considera, quoniam non idem est, gladium vagina extrahere, vibrare, ac fufum cantando percurrere; Sapienter tamen populus, senioresque Berhulienfes, quoniam norunt de hac prædicari; Quia fortitudo & decor indumentum eius; Si in domi superioribus manendum fit stipante latera ancillarum caterua, scit feminam esse, scit blandè & leniter agere in lini, lanæque operibus, confurgens de nocte, & distribuens prædam domesticis; sin autem vbi ruina impendat, & omnis vir tremifcat; nouit & machæram exerere, & caput superbiffimi Ducis amputare: Vade, festina, Iudith; perge secura: tibi cedent vniuersa; nam, si blanditiis agendum, lenis es, dulcis, affabilis, si terrore opus, & sibilus auræ fortis necessarius, strenua es; non poterunt tuas effugere artes inimicorum qualescunque conatus, cum molli blanda eris, cum obstinato contumax, tu sola patriam liberare sufficiens; Egregiè Augustinus sermone 66. in Appendice, qui fuit 228. de tempore; *Bellatoris crines implicuit pulchritudine digitorum; post teneritudinem fusi eboni, capulum querit; nuctro matronam non terruit, sed armavit.*

August.

33.

Deut. 33.

Spectastis pugnatricem feminam; accipite & de vitis non vnus gentis fortissimum ducem Christum IESVM Iosepho adumbratum, Deuter. cap. 33. vers. 17. *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis, cornua illius: in ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terre:* Ac statim nodus exurgit; nam, si taurum initio statuit, quamobrem cornua rhinocerotis adiungit? quasi verò & tauri sua non habeant cornua, aut aliquod animal visum sit, quod *tauro-rhinoceros* dicatur, ex vtroque participans? Sanè non minùs istud ridendum, quàm si quis humano capiti ceruicem iungat equinam; at tamen Moysistu perpende diligenter prudentiam; formaturus imaginem eximij Imperatoris, qualem depingeret? Seuerum tantummodo, minas atque incendia euomentem? vitium hoc: remissum, languidum; sine spiritu, atque vigore? & in isto reprehensio: Quoniam igitur pacto? Nempe, & blandum simul & vehementem; ita quidem: vt autem his dotibus conuenientem picturam delinearet, *tauro-rhinocerotem* depingere consentaneum fuerat; nam quicquid in tauro refulget, toruorum id est omne, superbum, excandescens: rhinoceros autem (quem & vnicornem modò supponimus) animal est timidum, atque imbellè: Ergo Christus quasi taurus pulcher: quoniam magnanimus, constans, imperterritus, & bilis, atque irarum satis habens, cum vitia castiganda, pertinaces domandi: verum cornua eius, quibus percutit, non sunt cornua tauri, sed rhinocerotis, eò quod admixtam habeat clementiam iustitiam, rigor misericordiam: Quis ex tam pulchra coniunctione fructus? qualia emolumenta? Equidem cuius ferientis virga talis est, *in ipsa ventilabit omnes gentes:* Dominabitur à mari vsque ad mare cunctæ nationes vultum eius deprecabuntur, quæ enim provincia

talem Monarcham tenuat, in quo nunquam absque mansuetudine ira? qui & animi vigore polleat in superborum ruinam, cum humilibus benignus & mollis existat?

O ad hunc mortales! apprehendite disciplinam, seruite illi, cuius iugum suauis est, & onus leue: considerate, qualia vobis ferula apponat: venite ad arcem, & mœnia ciuitatis, vt comedatis, & bibatis cum illo in iucunditate! *Ecce (inquit) prandium meum parauit, tauri mei, & altitia occisa, & omnia parata, venite ad nuptias:* Matth. cap. 22. vers. 4. *Quid oprabatis anhelit? Pro quibus suspiria longa, & de profundo mentis, gemitus inenarrabiles? Amastis fortia, valida, non casura? en vobis tauros apponit! in tauro ignaum nihil, atque imbecillum; Blanda, amœna, suauia placuere vobis: repletum est triclinium alitibus, & turtur, & columba, & perdix, quicquid in pennatis exquisitum, coram vobis: O quid epulas respicitis dapfles, & fortes simul? scilicet deest vobis, quo abundat Ægyptus, allium, & pepones? & placebit Pharao, qui nec paleas daturus sit super Rege, qui & tauros, atque altitia gratis afferet? Concionè Galfridus apud Tilmannum in allegoriis ad cap. 22. Matthæi: *Et in carne quidem taurorum, cibus fortior: altitium esus delectabilior est: vtraque ergo suis videtur. Dominus nuptijs parata suis enumerare conuiuis, quæcumque vel ad necessitatem experienda sunt, vel appetenda ad voluptatem!* O dulcem Numinis prouidentiam! o bonum Deum Christianorum! Verè non est natio, quæ habet Deos ita appropinquantes sibi! Dij Gentium videlicet Principes mundi, quos vana superstitio Deorum honoribus afficit, ne quidem necessaria his, qui in domibus eorum seruiunt, suppeditant: at Dominus Deus noster, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, non tantum vsque ad necessitatem, sed etiam vsque ad delicias suas prouidit! sufficiebant necessitati tauri; verum, quoniam volebat, vt & iucundè quoque, & affluenter epularentur, adhibuit insuper altitia: Sed quid in his stuporis, cum & Deus fortis sit, & Deus mitis pariter? fortis, vt necessitati subueniat: mitis, vt voluptati suorum indulgeat? Nolo alium Deum præter hunc: quoniam ipse fortiter, & suauiter disponit omnia, pertingens à fine vsque ad finem: cæteri omnes Dij oppressores, quos nationes colunt, dentes eorum gladius, & sagittæ acutæ.*

34.

Matth. 22.

Galfrid.

35.

Quæ illa diuersorum affectuum tanta varietas in Christo patiente? modò se submittit hostibus, & tanquam ovis non aperit os suum mactationi proximus: modò respondet, & pro se allegat: modò an gladios habeant, discentes interrogat, quasi dimicaturus: modò Petro suggerit, quoniam euaginavit, & in Malcho fauciato vulneratur eius patientia: modò prosternit armatas cohortes, modò percutienti maxillam præbet: modò Patrem humilis, modò querulabundus alloquitur: Quorsum sibi velut dissimilis toties? Percipite ab Arnolde Carnotensi tract. 1. ad septem verba dominica in Cruce: *Se igitur ipsum modò hominem exhibet, modò Deum: modò omnipotentem, modò infirmum: vt inter se sublimitas, & humilitas vices negotio congruas pariantur: modò supplicat, modò imperat: modò se dicit derelictum, modò latroni promittit Paradisum:* Equidem quos habebat discipulos Seruator, ij futuri erant Principes super omnem terram, Principes, nimirum

Arnold.

Ecclesiarum, cum & Romam Petrus subiugaret Christo, regeretque & Asiam Ioannes, & Hispaniam Iacobus, aliasque alij Ioanncas; attrahendi erant peccatores ex omni mundi angulo ad fidei agnitionem; Quomodo modo curanda affectiones & morbi eorum à peritissimis Chirurgis? Certè vino, atque oleo; vino, hoc est, auctoritate coercendi superbi; oleo, hoc est, misericordia attrahendi pusillanimes; *Ut inter se (repetam Arnoldi verba) sublimitas, & humilitas vices negotio congruas partiantur;* Scilicet, neque totum sibi vindicet dominatus, atque sublimitas, nec rursus integrum occupet regnum languida humilitas; O considerate animarum Pastores, etiam tum cum duceretur ad crucifigendum, ne sublimitatis oblitus Christus, sed modò imperat, modò omnipotentem se ostendit, modò terret! Quid falso humilitatis titulo ignauius pectoris veltri metum afficitis? Non ista est humilitas; sed disciplina ruina, obseruantia antiquæ destructio; Quid rursus tam inflati, & præpotentes? Non hæc est Christiana magnanimitas; sed Pharisæica elatio; Sit vobis exemplar auctor consummationis Iesus; modò imperate, modò rogare subditum; modò cedite, modò obsequite; *Sublimitas & humilitas vices negotio congruas partiantur;* Ita certè vobis continget, quòd sæculorum restauratori accidit: nempe, è patibulo, vbi his tam variis fungebatur officiis, exaltatus à terra, omnia ad se ipsum traxit; nullæ enim subditorum futuræ voluntates tam rebelles, quas non emolliat tam altum regimen, tam dilcreta gubernandi ratio.

Talis Monarcha, tam dignus dum regna starent, Beatus Iobus; disce ab ipsius ore cap. 29. vers. 7. *Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi; videbant me iuuenes, & abscondebantur, & senes assurgentes stabant: Principes cessabant loqui, & digitam superponebant ori suo: vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat.* Proh! quanta, quàm timenda maiestas, quando & audacissimi hominum adolecentes vultus seueritatem declinantes, latibula petebant, & Optimates prouinciarum coram Rege ne hircere auderent? Sed iste tam metuendus summus Reipublicæ luminibus, qualis erga abiectum, & destitutum solatio vulgus? *Auris audiens beaificat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, eo quòd liberasset pauperem vociferantem, & pupillum, cui non erat adiutor: benedictio perituri super me veniebat, & cor vidua consolatus sum:* Hic est ergo ille magnus Iobus, qui oppressis subuenit, elatis resistit; *Quis crediturus sit, à vultu Iobi fugisse iuuenes? eius ore non territas, sed allectas viduas? Itaque ille & amabilis simul, & formidandus; cuius censura columbas dimittat, cotuos vexet, viduam, & desolatam recreet, locupletem affligat, qui confidit in multitudine diuitiarum suarum? Quanta disciplina regiminis (ait Gregorius lib. 19. Moralium, cap. 16.) ut ante eum iuuenes abscondantur: quanta mansuetudo pietatis, ut per eum viduarum corda consolentur? Sunt nanque nonnulli ita districti, ut omnem etiam mansuetudinem benignitatis amittant: & sunt nonnulli ita mansueti, ut perdant districti iura regiminis; unde cunctis Rectoribus vtraque summopere sunt tenenda, ut nec in disciplina rigore benignitatem mansuetudinis, nec rursus in mansuetudine districtiorem deserant disciplina.*

*Semel loquutus est Deus, (cantabat Dauid Psalmo 62. vers. 12.) duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine, misericordia: Quæ verba exponit Hieronymus ad cap. 51. Isaïæ: Eò quòd omnipotentia illius in vtraque parte præualcat, ut & potentibus tribuat misericordiam, & permanentibus in peccato reddat supplicia, qua merentur: Deus igitur potestatem habet ad coercendos arrogantes, & sublimes, clementiam ut miseris & supplicibus opituletur; Quibus adnotatis, cape prophetica loquutionis considerationem nostram: nempe ceteri Rectores præcipuum subditis verum semel, bis, atque iterum, antequàm pareant; opus enim multiplici iussione atque imperio, ut obsecundent; Deus verò non ita; ad vnam vocem ipsius accurrunt, quæ famulantur, & continuo exequuntur imperia; Verum nonne ut probè aduertit Augustinus in hunc Psalmum, multifarie, multisque modis olim Deus locutus est Patribus in Prophetis: Quid est semel locutus est Deus? Nonne ille est Deus, qui in primordio generis humani locutus est ad Adam? nonne idem ipse locutus est ad Cain, ad Noè, ad Abraham, ad Isaac, ad Iacob, ad Prophetas omnes, & ad Moysen? Locutus est Deus Apostolis, locutus est Sanctis: quid est ergo, semel locutus est Deus? Fatemur quidem multoties loquutum quoniam & ad plurimos verba habuit: Sed tamen semel loquutus est, quoniam ad vnum mandatum eius paruere serui fideles; Non vultis credere? Ecce apud Isaïam interrogat: *Quem mittam, & quis ibit nobis?* cap. 6. vers. 8. & è vestigio accingitur Vates: *Et dixi, Ecce ego, mitte me: Putas apud homines simile quidpiam?* Certè Absalon semel atque iterum ad Ioab cum nuntios misisset, renuit ille venire, nec nisi post succensos agros eius, vastatamque messem, tandem adfuit, Reg. 2. cap. 14. vers. 29. Non igitur Deus, ut Absalon, & Reges terræ, bis, terque affatur: sed ad vnam illius vocem parent famulancia, idè semel locutus est; Sed vnde diuinis imperiis tanta energia? Equidem, *Duo hæc audiui*, subiungit Hymnodus: *Quia potestas Dei est, & tibi, Domine, misericordia: Quoniam igitur eiusmodi gubernator es, qui lenitudinem iræ coniungas, potestati misericordiam nectas, idcirco auscultant tanta pròprietudine subditi, ut vix emissà semel vox aures perculit, cum imperiis obediunt; non, si talis Magistratus Oceanum tranare, vltimas mundi petere regiones, per inhospita pergere loca mander, renuant.**

Si quæ obedientiæ perfectio, si quis obsecundandi apex, donec erunt, qui virtutem commendent, celebrabuntur Ezechielis admirandæ rotæ; Quid enim eximium in obtemperante? Festinatio! Certè, quæ axem trahebant animalia, ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris, coruscantis, Ezech. cap. 1. vers. 14. nec poterant rotæ non eadem celeritate ferri; placet quæ gemma obedientiæ? illa potentiarum sacra concordia, ut nihil velit subditus, quod Prælatum displiceat, atque ultra voluntatem intellectum quoque superioris iudicio supponat? Equidem & hoc in rotis illis: *Nam quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur sequentes eum: cum euntibus ibant, cum stantibus stabant, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur & rotæ;* Quamobrem tum exactè obtemperant rotæ, præsertim sanè, cum inæquales essent sodales in trahendo, & impedituri magis, quàm opem allaturi? Quid enim

37.  
Psal. 61.

Hieron.

Isai. 6.

1. Reg. 14.

38.

Ezech. 1.

enim

36.

Iob 29.

Greg Pap.

enim iuuetur aquilam bouis tarditas, ac non remoratura sit potius? Quid leoni præstauerit homo? Experiamur, qualis sit huius carruce aurigator, & rector; Ezechiel memorato cap. 1. vers. 17. *Et vidi quasi speciem electri, à lumbis eius, & desuper, & à lumbis eius usque deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu; Ergo, qui mouebat rhedam, partim de electro, partim de igne compositus, id est, mitis pariter, & irascens; nam electrum bonitatis & lenitatis symbolum; ignis concitacionem, vehementiam denotat; Adstruat Origenes homil. 1. in Ezechielem; *Auriga quatuor animalium* (inquit) *non totus est igneus; sed pube tenuis, à pedibus, & exinde electri splendore rutilat; non solum enim tormenta habet Deus: sed sunt etiam in ipso refrigeria, iam itaque si & rector, & misericors pariter, qui vehiculo præsidet, cuius neque clementia eneruis, & sine vita omni; neque indignatio sobrietate carens; nequaquam mirandum sub tali gubernatore obedientiam subditorum suis absolutam numeris splendescere cum summa animorum concordia.**

Orig.

39.

3. Reg. 19.

Fugiebat persequente Iezabele Elias, & post quadringenta dierum, noctiumque peregrinationem Horebi montis antro se abscondit: tibi dum lateret, ecce *sermo Domini ad eum, dixitque illi: Quid hic agis, Elia?* Reg. 3. cap. 19. vers. 9. Anum occultabatur Numini, quid Elias faceret? Videbat omniscio & vigili oculo contemplationi iugiter vacantem, otio felici gaudentem, ad cælum crebra suspiria emitteze zelo zelantem Domini exercituum gloriam; sciebat & exilij causas: Cur ergo Vatem interrogat quasi ignorans? Puto quidem quæstio hanc esse vim; Quid agis, Elia? hoc est, dum & alia meditatis, hoc quoque considera, quamobrem huc deueneris, quæ in hanc speluncam traxerit occasio; mihi nullius scientiæ opera necessaria, qui vniuersa comprehendo: tibi necessum est perpendere, cur hoc ergastulum intraueris: nam sanè facile memineras ad iratæ Reginæ minas auolasse te per deserta & inhospita, imò & dierum pertæsum, quæsiuissè animæ tuæ vt moretur: si ergo principantis feminæ indignatio tantum tibi mæroris atulit, qui vir es constantissimi animi, quem egregia facta multa extollunt, quid si alius ex subditorum caterua pusillanimitatis & deiectionis cordis quispiam à Regina vexaretur? Non decet Rectores tantus furor: erit occasio, vt subditi in desperationem veniant: ergo ab hoc Iezabelis facto disce tu mitius agere cum Israëlitis, quos velut subditos commendauit tibi: *Tu enim currus, & auriga Israël.* Si Reginæ impetum ipse non potuisti sustinere, quomodo & Hebræi te sustinebunt, quos tam longa fame, tam diuturna sterilitate afflixeris? Age igitur Elia: considera, cur in desertum ueneris: iunge seueritati humanitatem in posterum, vt ameris deinceps tanquam pater dulcissimus à subditis, & te reuereantur quasi filij, potius quam timeant velut serui, atque ita Magistratus euadas perfectus, dulcis simul & verax: Hæc Theodoretæ arbitror expositio in illud Canticoꝝ secundi capituli: *In lectulo meo per noctem quæsiui, &c, Elias autem, cum Iezabel minas admodum formidaret, in solitudinem au fugit, quarens adintorem: At sapiens piorum Magister, & remunerator apparet ei, & tanquam ignarus fugæ causam exquirat, non illudens, sed docens eum, cur ipsa fugere permisisset:*

Theodor.

*monensque, cum homo esset, & humanis affectionibus tangeretur, vt humanitatem, & clementiam coleret.*

40.

Studet quibus potest artibus Rebecca, ne Esau inter natos maximo Isaac fato proximus benedicat: quid feminam impulit? neque enim decorum apparet, genitricem aduersus vteri fructum concitari: & quanquam pro sobole agat, sed & contra prolem quoque facit? Crescat sanè in millibus Iacob: verum non ex germani ruina: Sed attende, eum cui Isaac benediceret, Principem, & ducentem futurum: *Et seruiant* (inquit) *tibi populi, & adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tue.* Genes. cap. 27. vers. 29. Sagax autem mulier, cum ab adolescentia maioris gnati mores obseruasset, animaduertit Magistratui inidoneum: Quamobrem verò? Nempe, perspexit semper iuuenem ad crudelitatem propensum, venatione ferarum, quando homines non licebat, delectatum assidue, vt haberet in animalium reze solatium animus parricidalis, & sanguinis appetens: Itaque, si capesseret imperij habenas clementiæ expers, pessimè gubernaturum: neque enim regere is valet, aut semet, aut alios qui benignitatem exosam habet: At, inquis, & Iacob pariter gubernaculo inutilis: nam, si totus in iracundiis Esau, & totus in lenitudine Iacob: æquum afferunt malum vtraque extrema: Sed intueri: quia non sic Iacob mitis est, vt etiam non sit animosus, & constans: quid enim? Recusauit luctam? & sanè per noctem certamen inuit, neque cum homine, verum cum Angelo congressus, & inualuit sanè ad Angelum, & confortatus est, Osea teste cap. 12. vers. 4. Hic igitur aptus, qui super solum sedeat, & purpuram induat, in quo & magnitudo animi, & lenitas mentis simul, ille est Iacob Patriarcha: propterea mater, vt huic deferatur principatus, nititur viribus omnibus: Chrylostomus homilia 35. in Genesim: *Deus autem sapiens, & omnipotens Dominus per Rebeccam petitionem suam impleri facit, docens nos, quantum valeat virtus, & morum suauitas: nempe, propter has dotes cum animi quoque eâ, quæ par erat, constantia coniunctas, benedictio, quæ ob ætatis antiquitatem debebatur Esau, Iacob minori fratri cessit: Ergo, quemadmodum interpretandi genus id optimum est, quod allegoriæ suauitatem cum historiæ fortitudine copulat: ita ea perfecta virtus est, quæ neque in iram, neque in nimium lenimen declinat: sed ex vtroque participat.*

Gen. 27.

Osea 12.

Chrylost.

## SECTIO V.

*Non esse acquirendam perfectionem, quasi per saltum; sed paulatim, & diuturno labore.*

**M**Onuimus, cum omnium disciplinarum perfectio plurimum temporis desideret, & multorum annorum vigilias, tum singulari iure id sibi vindicare Scripturarum scientiam, & ob difficultium copiam, & ob inuolucra, quibus Bibliorum sensa obuelantur; habitant enim lucem quandam inaccessibilem sicut quod si certè in perficiendo intellectu tantam operæ necessum sit

41.

fit

fit ponere, maior utique diligentia in voluntate excolenda requiritur; itaque, sicut ordinem illi doctrinæ inuertunt, atque oleum cum industria perdunt, qui breui momento artium genus omne discere se posse autumant, & cum omnia adipisci sperabant, nihil colligunt; sic, qui cæco impetu virtutem aggrediuntur, & horarum paucorum, pone & mensium, quin & annorum laborem esse existimant; ubi ad culmen se peruenisse arbitrantur, ne radices quidem montis attingisse iudicio sapientum inueniuntur: quis enim in hac vita ita currit, ut comprehendant: neque sint vltiora spatia peragenda? Quapropter à peritis rerum spiritalium Naucleris, atque Magistris temperandus sedulò indiscretus iuniorum feruor; nam existimatione quadam ducti, ad quam incitat nonnunquam latens, & abscondita quædam mentis ambitio, putant immoderata corporis castigatione, vigiliis, quibus vires pares non sunt, diuturna genuflexione, abstinentia ciborum, chaumæniis, & id genus aliis operibus, breui se assequuturos, quod intimum est Christianæ perfectionis, cum tamen præpropere illo ardore, quem prudentia non rexit, tantum adipiscantur, ut variis conflictati morbis, ad gulæ antiqua reuertantur lenocinia, & ne quidem Cœnobiorum communes exercere functiones valeant, qui caput inter sydera festino illo primitiæ incitationis volatu collocatos se vanè sibimetipsis mentebantur; Num ipsi potiores magno Legislatore Moysè? de quo egregiè Siracides capite 45. vers. 4. *In fide, & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne; Quid est, in fide? Quoniam obstacula multa ad perfectionis fastigia contendentem præclaro nisu, remorabantur; sed credebat paulatim cum Numinis adiutorio superanda, & fide ad pergendum stimulabatur; Quid est, in lenitate? An, quoniam sola mansuetudo eum coronauit? Certè & omnibus cumulatus virtutibus Moyses; sed ut hæc sanctum facerent, lenitas egerat; sustinebat enim, & patiebatur, expectans de die in diem, ut quod hic annus non attulisset, alter absolueret; & ita per lenitatem, quæ tædia & moras longanimis sustinebat, sanctus effectus est.*

Nunquid super aquilam eleuatur, aut hirundo, aut turtur, vel philomela, ut velint ferè priusquam plumescant, alarum remigio vincere pennatorum genus, & tranare, quicquid volando superabile est? atque non animaduertunt, quas moras necit ipsa alituum Regina: quam serò fœtus liberi spatio committit? Vide, quid grande Moysis Canticum pangat; *Sicut aquila pronocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas; & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis; Deut. cap. 32. vers. 11.* Itaque genitrix lentè, atque paulatim erudit; finit primùm per dies non paucos nido latitare, donec & viribus, & alarum subsidio præstent; deinde, non statim per aëra discurrere cogit, non prædam sibi quærere, & Solis volando penè curram attingere: sed humeris aliquandiu supportat, Olympum ex tam securo vehiculo prospectantes; aues imperterritæ vident, metum talibus exercitamentis deponunt, & cum demum ipsæ sibi in posterum sufficiunt; meritò inter volucres regnum occupant, quantum volatus exordia tam cauta sunt; meritò, quantum fas est pennatis conscendere, assur-

gunt, qui tandiu, tamque variis modis, uti ascendere, & volare queant, probant; Sed experiamur, quemadmodum mysticè hæc interpretetur Guarricus Abbas serm. de Ascensione: *Quid putamus, Fratres, repente de terris ad cœlos euolare poterimus, qui nunc exercitio, & usu quotidiano volitare non didicimus? nunquid non Christus sicut aquila pronocat ad volandum filios, quando super eos voluit!* Eximiè alludit Guarricus ad Christi magisterium; nam, quanuis ipse, quos elegit Apostolos, possit virtute ab alto ab initio perficere, & in gigantes momento transferre, noluit tamen: sanè uti nobis profuisset apostolicum exemplum: sed aquilarum ad instar lentè, atque paulatim ad virtutem effinxit, sustinendo etiam per annos aliquot quasdam imperfectiones, donec tandem ascendens in altum, & captiuam ducens captiuitatem, eos deseruit: illi verò Præceptore spoliati, & Spiritu sancto copiosè afflati deinceps Archimagistri ipsi effecti, quantum sub tali instructore profecissent, copiosè vniuerso orbi demonstrarunt.

Sed quòd initio tanquam paruulos in humeros portaret aquilarum in morem, id est, sufferret non modico tempore ruditatem ipsorum, neque illi mox, ut eius intrauerunt scholam, continuo fortes euassissent consummatam adepti virilitatem satis probat id, quod memorat Ioannes Euangelista: nam post anastasium Scruatoris, cum adhuc per quadraginta dies loquens de regno Dei remoraretur in terris, cum die quodam piscatum fuissent discipuli, alloquutus eos Christus: *Pueri, (inquit), nunquid pulmentarium habetis?* Ioan. cap. 21. vers. 5. Sed quamobrem pueros appellat, qui adolescentiam iam dudum excesserant, & ad canos properabant annos? Puto, animi, magis quàm corporis ætatem innuebat: nam in eius schola non modicum versatos, ostendit tamen nondum puberes euassisse: habere & gymnasium Christi infantiam quoque, neque repente viros fieri, qui discipulatu se manciant, subsistere & lentè progredi, alioqui si robustæ fortitudinis ipsi, haud antelapsis paucis diebus, cum Præceptorem vincitum duceret crudelitas, timidi fugissent: Mecum Chrysologus sermone 78. de septima Christi manifestat. post resurrectionem: *Pueri nunquid pulmentarium habetis? ibi enim erat Petrus, qui negauerat: Thomas, qui dubitauerat: Ioannes, qui fugerat: non ergo ut fortissimos milites: sed pueros compellat, ut timidos: & quos idoneos nec dum deprehendit ad prælium, ut teneros inuitat ad mensam, dicendo Pueri, nunquid pulmentarium habetis?* Et ipse Ioannes, qui hæc narrat, Magistri phrasim æmulatus Epistol. 1. cap. 2. vers. 18. *Filioli, nouissima hora est, & sicut audistis, quia Antichristus venit,* &c. Alia apud Augustinum lectio, pueros vocat: & tamen fenēs etiam alloquebatur paulò superiùs vers. 13. *Scribo vobis, Patres, quoniam cognovistis eum, qui ab initio est: Verùm ætate corporis patres, spiritu filii & pueri: eò quòd puero- rum in morem rudimenta discerent, & paulatim ad magna instruerentur: Benè Augustinus tract. 3. in eam Ioannis Epistolam, tom. 9. Pueri, nouissima hora est: In hac lectione pueros alloquitur, ut festinent crescere: quia nouissima hora est: ætas corporis non est in voluntate; ita nullus secundum carnem crescit, quando vult; sicut nullus, quando vult, nascitur; ubi autem natiuitas in voluntate est, & clementum in voluntate est: ergo, si*

Eccli. 45.

42.

Deut. 32.

Guarric.

43.

Ioan. 21.

Ioan. 1. 2.

vult.

vult, crescit: si non vult decrevit: Quid est crescere? proficere; quid est decrevire? deficere; Quisquis novit, natum esse se: audit, quia puer est, & infans: auidè inhiat ubi matris, & citò crescit: est autem mater, Ecclesia: & vbera eius, duo testamenta Scripturarum divinarum. Si igitur & vbera habet Ecclesia, & spiritalis vita suos ætatis gradus, certaque intervalla; per ætatis differentias transeundum erit, & incipiendum ab infantia, cui succedat pueritia: hanc excipiat iuventus flos, & vicens ardor, donec femora adolescentia fortiamur plenitudinem ætatis Christi cum mora viri aliquando tandem effecti.

44.

Iob 29.

Palma in crescendo natura.

Per huiusmodi incrementa tantam virilitatem assequutus beatus Iobus, quantam eius cum acerbissimo hoste congressus, & præclarissimi inveniunt triumpho: Dicebamque: (ait ipse cap. 29. vers. 18.) *In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies: Quorum annos suos palmæ comparat? Sanè alia sylvarum arbuta radices dilatant, & quod in imo est stipitis; itaque initia vasta sunt, robusta, ad omnem firmitatem composita: itur in superna, quantumque ad æthera fertur lignum, tantum sibi dissimile, & sustentat immensus truncus gracile cacumen deformi generatione, partique inæquali; O stygiis dicarum ærumnis infelix lignum, quod intumescit, & distenditur, qua parte glebam occupat, qua Olympum prospectat, sine viribus, sine decore est! non sic palma, (ideò & iustorum in arcano sermone egregium symbolum,) ab exordio lentè crescit, inchoamenta obscura sunt, quæ & infantiam sapiant; quasi inuita terram occupat arbor generosa, & inærorem testatura indignos induit vultus; gracilis est primus truncus, rudimenta Sanctorum innuens: mox ut assurgit, magis, magisque roboratur, donec pulcherrimas comas effundit, cœlique spatia quanto liberius occupavit, tanto formosiori cacumine est; Gaudet agricola, quem initia terrebant exilia, deceptum se à ramorum, & magnitudine, & forma, & utilitate, discitque excelsiora euadere, quorum despecta origo: Cedat nostra oratio Gregorij Romani facundia, qui lib. 19. *Moralium*, cap. 25. *Habet quidem aliud palma, quo à cunctis arborum generibus differt: omnis namque arbor in suo robore iuxta terram vasta subsistit, sed crescendo superius angustatur: palma verò minor ab imis inchoat: vastior ad summa succrescit; quibus itaque alia arbuta, nisi terrenis mentibus inveniuntur esse similia, inferius vasta, superius angusta? quia, nimirum, omnes huius sæculi dilectores, in terrenis rebus fortes sunt in celestibus debiles? Verùm propereamus ad institutum à nobis præcipuum sensum; Sunt verò nonnulli, (subdit) qui, cum cœlestia appetunt, ab inchoatione sua quotidie inconstantia pusillanimitate deficiunt: Quibus hos nisi arbutis reliquis similes dixerim, qui nequaquam tales superius surgunt, quales inferius oriuntur? hi quippe ad conversionem venientes, non tales, quales ceperunt, perseverant, & quasi more arborum, inchoatione vasti sunt, sed tenues crescunt; quia paulisper per augmenta temporum, patiuntur detrimenta virtutum: palma verò, sicut dictum est, vastior in summitate est, quam cepit esse ex radice: quia sapè electorum conversio, plus finiando peragit, quam proponit inchoando.**

Greg. Pap.

Nec conturbet, insinuasse nos Iobum strenuissimum Athletam spiritalem infantiam expertum fuisse, & virtutis crepitacula, quando ne

absque elementis Adamus tanto cum donorum incremento formatus: nam sanè, quamobrem generis nostri Coryphæo arduum aliquod præceptum non imposuerit Creator, scilicet à pomò abstineret? Sed puerorum, aut virginum hæc sunt teritamenta, viros robustiora decent: eia verecundatur Adamus, quòd tam leuibus ireritur: præscribantur illi ardua: habeat, sub quibus ingemiscat: sic probabitur vir esse: Demus superasse: quæ tam potens & superba gloria, abstinuisse à fructibus vnus ligni, cum innumera suppeditaret lenocinia condensum nemus? Sed animaduerte, quoniam sub tyrociniò est adhuc recens creatus protoplastus: hæc sunt crepundia iustitiæ: non idem est onus valentis iuuenis, & mamantis pusionis: Quoniam igitur sub infantia spiritalis ætatis agebat Adam, nec in veteranum etiamnum processerat, atque ita decebat, sua vt incrementa haberet sanctitudo, in dièsque gratiam animæ præsidium & decus bonis exercitationibus auget: propterea velut cum parvulo lusit, & ferendum imbecilli collo iugum imposuit: Do obsidem Theodoretum serm. 10. de Provident. *Idcirco Adam quasi imper edito infanti præceptum de arbore prescribit: Et non nihil inferius: Quapropter illud solummodo de arbore præceptum accipit, puerile quiddam, & modò natis infantibus conueniens.*

Theodor.

Sed quanta cum lenitudine ambulandum sit, quæ mora, quanta adhibenda consideratio & à valentissimis etiam ducibus, vnus Abrahamus Patriarcha suadebit: Iussus vt filium, delicias senectutis maceraret, non acquieuit carni & sanguini vt saltem clarum mane expectaret: sed nimio obediendi studio auroram anticipauit: *Et de nocte consurgens, stravit asinum suum, dicens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum.* Genes. cap. 22. vers. 3. Sic pergitur, atque die & nocte gradiuntur, cum ecce tertia luce, eleuatis oculis vidit Patriarcha locum procul: Quæ hæc demoratio est, ô Abraham? Decem leucarum iter est, (vide Abulensem ita ad nominatum Genes. cap. 22. docentem,) & triduum ambulando absumitur: Quid? dolèntne natura, & retardat pueri necem? Animaduerte, quoniam obedientiæ præcipua laus est, festinam esse: extollit & supra modum beneficium celeritas: quippe, bis dat, qui citò dat: Quorsum igitur tam spatiosa protractio? Verùm tu considera, quantæ difficultatis facinus, præcidere stirpis spem vniuersam, domum euertere, amputare solatium grauium annorum, matri indelebilem attulisse luctum, scuire in Isaacum, qui non factò, non verbis aliquando læserat: Vt igitur instrueret Numen præclara aggressuros ne subito impellerentur, spatium consilio darent, & lentè agerent: inspirauit Abrahamo, iterum, atque iterum perpenderet, quantum opus aggredieretur, subsisteret, pausaret: hinc igitur commissum, vt ne decem quidem leucas triduo absolueret: Tostatus in præfatum Genes. cap. 22. *Respondetur, (inquit,) quod Deus fecit hoc, vt obedientia Abrahæ totaliter euident esset: quia in magno tempore multa cogitare poterat, qua eum à suo proposito disturbarent: & sic facere non possit actum istum cum impetu passionis: quia magnum tempus requiritur in quo deliberatio sequitur: & hoc magnam constantiam Abrahæ demonstrabat, qui in tam difficultibus vultum immotum tenere potuit.*

46.

Gen. 22.

Tostat.

Aut sanè coniectabimur propterea demora-

tum

45.

47.

tum Abraham, quoniam imbecillis adhuc erat, quippe tyro solum, & nouitius in domo Dei? Itane verò elementarius, atque inceptor tunc Abraham, cum filium immolare statuisset? Tyro scilicet, qui ob Numinis reuerentiam longa susceperat exilia in Ægyptum descendens, coniuge pulcherrima & amantissima Sara viduatus sit, ea in regiam Pharaonis sublata, in laboribus multis, in ieiuniis, in vigiliis, in fame? Quæ est magnorum Heroium gloria, nisi ista sit? Quæ Ducis veterani his excelsior encomia? Attamen & nouitium etiam tunc exstitisse cum Angelus de cælo vociferaretur, ne puerum ferret, intelligemus; quid enim Creator fidelem ministrum alloquutus sit? *Nunc* (inquit) *cognoui, quod times Dominum, & non pepercisti unigenito filio propter me.* Genes. cap. 22, vers. 12. Quid est, *Nunc cognoui*? tanquam asserat; Quæ hæctenus à te patrata, rudimenta solum fuere, & quasi infantilis æui exercitamenta; nunc deseruisti crepundia; nimirum, per talia initia perueniendum erat ad tam consummatum honoris splendorem; Putabas tam longo annorum decursu, quando tot modis probatus fueris, velut emeritum rude donandum; sed noueris, quoniam, cum consummatus fuerit homo, tunc incipiet; non finis est iste præliorum, sed exordium: ludicra fuit, quæ huc vsque pugna, tyronum exercitatio; Aderit nobiscum sanctus Dorotheus doctrina 4. de diuino timore; *Nunc cognoui, quia times me, &c. Quomodo enim se habet; Nunc cognoui? tanta fecerat, omnem reliquerat substantiam suam, peregrè profectus erat in terram alienam, & ad gentem idolis deditam, ubi nullum erat pietatis vestigium; passus erat & hanc horrendam tentationem de immolando filio, & posthac omnia illi dicitur: Nunc cognoui, quia times Deum? Ad inuendum videlicet perfectum illum timorem, qui non nisi Sanctorum est; neque enim ob metum pœna, aut præmij cupiditate viri sancti, sed amore & beneuolentia sola præcepta Dei custodiunt; Recidit & hæc Dorothei expositio, in nostræ scopum interpretationis; innuit enim veluti à Numine significatum, timore quidem Creatoris præditum Abrahamum ante eum diem; sed ignobiliorem, qualem & habent, qui limen æquitatis terunt; atrum demum ad altissimum gradum transisse, eius qui in charitate fundatur timoris, & reuerentia potius est, affectusque erga dulce parentis nomen, quam heri, quam virgæ, & dominationis metus aliquis; ita non subito quispiam ad conuexa aduolat, & fastigium occupat, quanquam ille & Abrahæ par; sed paulatim ascensionem dissonit in corde, & satis beatus, si post longa, fortiaque certamina, audiat à coronaturo; *Nunc cognoui, quod times Dominum.**

Apparuit Verbum sæpè Patribus antequàm ex virginco prodiret aluo, & nonnunquam sub humana specie; num vt recrearet amicos imagine saltem venturæ felicitatis? an vt probaret, qualis sub armis humanæ naturæ procederet? nam armarum processisse carnem induentem Psalmodus Oda 44. cecinit; *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime;* Verùm, quæ necessitas Deo talibus proluisse Incarnationi experimentis? Prudens quidem in hominibus, & salubre consilium, virium periculum facere ne oneri succumbant; sed Deus his adiumentis opus non habet; omnipotens scilicet & indefessum Numen ad vniuersa; sufficiens ergo ne pro nobis se dimisit:

Puto quidem: nimirum aggressurus prouinciam arduam, & perplexam, vt illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum, vt renouaret faciem terræ, vt expurgaret vetus fermentum, & Patri reconciliaret mortale genus; voluit indicare similia cogitantibus, ne præperè, & subito prodirent ad euangelizandum; sed iterum, arque iterum probarent, num tali ministerio idonei essent: quippe animam, siue propriam, siue alienam perficere, donis gratiarum exornare, ad immaculatæ vitæ apicem ducere, opus est quemadmodum longè dignissimum atque pulcherrimum, ita moram & tempora expectans, quod cunctando restituit rem; propterea & ipsum Verbum Patris, quod in tempore substantialiter facturus erat, ab exordio mundanæ fabricæ in figura ostendit non raro sub assumpto corpore apparens Patribus, ne videretur quasi repente, & impræparatus ad tantum opus accessisse, qualis erat Incarnatio; Hoc indicare vitus Irenæus, alibi à nobis, sed

Iren.

diuersum in morem, explanatus; is libro 4. aduersus hæreses, cap. 26. *Qui enim finem inuitit (ait) hic, & initium operatus est; ipse est, qui dicitur Moysi: Videns vidi vexationem populi mei, qui est in Ægypto, & descendi, vt eruam eos. Exod. c. 3. Ab initio assuetum Verbum Dei ascendere, & descendere propter salutem eorum, qui male haberent.*

Sciebat David quantum immineret discrimen nimium præcipiti, & festinanti iustitiæ: ideo & suo & iustorum nomine preces fundit Psal. 90. aut certè prædicat, quali scuto obtegendi sint, qui habitant in adiutorio Altissimi: *Non timebis* (inquit) *à timore nocturno, à sagitta volante in die, ab incurso & Dæmonio meridiano;* Pertranseo nunc alia: tantum expendere voluntas est, quid sagitta illa volans? Equidem sagittæ nomine intelligi posse arbitret vitæ spiritalis feruorem: sed quid est, quod *volantem* appellat sagittam? Nonne omnis sagitta volat, Euróque, & ventis celerior fertur? Esto sagitta materialis omnis festinet: sed non ita de arcu & sagitta mentis, cuius sagittarius est diuinus Spiritus; Est igitur quando sagitta lentè emittitur, & in scopum cursu forti, atque constanti, magis quàm incitato dirigitur: Hic est feruor ille animi, qui Magistri interioris obedientiæ subiicitur, qui nõ affectat in maceratione corporis, aliisque piis exercitiamentis videri ab hominibus: propterea nec volat in die, contentus oculis cælestis Patris, qui intuetur in abscondito, qui non coaceruat, & omnia simul assequi tentat, quasi vna hora finem perfectioni daturus, & transactam Patrum gloriam solus omnem coniuncturus: beata est ista sagitta: non est, quod iustus ab illa declinet, tum terque quaterque fortunatus, cum imum cordis penetrauerit: A qua igitur sagitta fugiendum? Equidem ab illa, quæ volat, & gloriæ vanæ stimulis agitata diem, quo perspicitur, amat: propter hoc & accumulatur preces, & mortificationes sine ordine, producit indiscretè vigiliis, abstinentiæ absque mensura vacat, spernit seniorum monita his obfistentium, & totum agit, vt consummasse in breui tempora multa iudicetur: *Flecte habenas pulle insolens: vide, quia indiscretus & temerarius feruor in præcipitia ducit! vrinam non tam subitus & irrequies feruor citò lassetur, & fiant nouissima sic in incertum currentis, peiora prioribus! Attende, de quibus moneat sapiens*

Bernardus

Genes. 22.

S. Dorothei.

48.

49.

Psal. 90.



Bernard. Bernardus serm. 6. in Psalmum, *Qui habitat, &c. Time sagittam; leuiter volat, leuiter penetrat; sed dico tibi, non leue infligit vulnus, cito interficit; nimirum sagitta hac vana gloria est; qui feruentiores esse videntur, ipsi pauent, ipsi caueant in hac parte.* Igitur, quemadmodum initio asserabamus, sicut perfecta scientia multorum annorum spatio comparatur, & nemo tam doctus, qui discere non valeat vltius: sic virtutis consummatio tempore acquiritur, nullusque tam gigas, qui in vitæ spiritalis stadio, semper magis, magisque currere non valeat.

SECTIO VI.

MARIA tota luminosa, & sciens,  
literariæ navigationis felix  
Cynosura.

50. **S**uppeditauimus hactenus non pauca adiumenta Scripturarum, purissimos latice haurire cupientibus; damus modo colophonem; Quid dixi? Præbemus compendium; Amet impensè MARIAM; vigilet ad portas eius, & accipiet, & inueniet; Ipsa scientiarum dispensatrix, ipsa intelligentiæ largitrix, dabit mensuram bonam, & affluentem; Nam, quemadmodum gratia plena facta est, vt in alios de redundantia bonorum conferret, *Plenus equidem aqueductus* (inquit Bernardus sermone 2. de Natiuitate MARIÆ,) *vt accipiant ceteri de plenitudine; Atque deinceps idemmet, Quid est plena est gratia, & gratiam adhuc inuenit? digna prorsus inuenire, quod querit, cui propria non sufficit plenitudo; nec suo potest esse contenta bono, sed quemadmodum scriptum est; Qui bibit me, adhuc sitiet; Perit supereffluentiam ad salutem vniuersitatis; Sic & doctrinarum plena facta, vt dispergeret, & daret pauperibus, & erudiret eos in omni sapientia; Vis scire quàm radiosa & fulgescens sit Dei Genitrix? Nolite exirexisse MARIAM, & abiisse in montana Elizabeth salutatam; Et factum est, vt audiuit salutationem MARIÆ Elizabeth, vt exultaret infans Baptista in utero eius. Lucæ cap. I. vers. 41. Quid turbatur visio ad aspectum Matris Domini? Percipe à Cæsario, Nazianzeni fratre, Dialogo 3. prope finem; Ille appropinquante matri suæ ea que gestabat Filium sine Patre, Matrem reueritus gessit exiliendo, & velut imminente sibi à pragnante periculo, non ferebat eam, que facem gestabat, propius accedere: Itaque planè adsignificat Cæsarius tantam fuisse splendoris Mariani vim, quam ne Præcursor sustinere valeret; atque ita, velut qui ab ignium non tolerando ardore fugit, atque retrò agitur; ita Ioannes quasi laxiora spatia lustret ob fulgoris magnitudinem, & longius distare cupiat, intra materna claustra irrequietus exilit atque mouetur.*

Bernard.

Luc. 1.  
Cæsar.

51. **P**rimùm in hac Cæsarij Oratione demitor, quòd ad Genitricis magis, quàm gnati splendoribus obstupefactum Baptistam affirmet; *Matrem* (ait) *reueritus gessit exiliendo*: Cur non Filium potiùs dixerat? Atque iterum, *Non ferebat eam, que facem gestabat, propius accedere*; Num Filius iubar retraxit, vt Mater luceat? Phœbus se abscondit, vt Luna micaret? Secundò, conturbor,

Sherlogi Anteloq. in Cant.

quod cum Præcursor haberet interpositum materni ventris parietem & hoc velamento arcerentur radij Marianæ lucis, non suffecerit illud ad tolerandos splendores: nunquid enim MARIÆ fulgura potentiora ipsa Diuinitatis inaccessa reuerberatione? Atqui intueri apud Isaiam cap. 6. Vaticiniorum; Sedit Dominus super solum excelsum & eleuatum; circumstantabant Seraphim; & cum immensitatem luminis sustinere non valerent, subsidio fuere pennæ; has erigunt & inter se Numenque distendunt: nam de sex alis, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant; hoc vt fecerunt, quamquam erat infinita claritas, potuerunt sufferre ardorem, & dulciter intonare, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum*; Si igitur Seraphim beneficio alarum potuerunt ad stare throno gloriæ, & incircumscripti luminis radios perferre, tantùmque non vexari, vt etiam suauissimè canere potuerint; quamobrem Ioannes materno absconditus claustro, vteri integumento munitus, non valuerit MARIÆ splendoribus sustinere? quæ hæc est tam inaudita lux communicata Puellæ Deum genituræ, quam Baptista obseratus, & clausus velut fugere tentet, & quasi caligaturus à nimis splendoribus.

An dicemus, Deum, vt Filij Genitricem honoraret, suum quodammodo iubar imminuere, vt cum re ipsa Deiparæ lumen infinitum excedat, videri tamen possit inferior esse, propterea connuere ad virginis radios, qui Dei claritatem sustinere queunt? Certè compara columnam ignis, quæ lucebat in nocte Hebræis, & iter præmonstrabat ambulanti per semitas ignotas, stellæ, quæ Magos ab Oriente detulit; comperies equidem Tharsis, & Arabiæ Dynastas beneficio syderis breui absoluisse peregrinationem diu moratos, qui tegebantur à columna ignea; illi nemensum vnum demorati, (sic enim iudicauere periti) isti annis quadraginta exactis tellurem promissam occuparunt; Quæ causa tardiorum Iudæis? quæ festinandi occasio Magis? Dices, eum, quem ignea columna significabat, Numen ipsum omnipotens fuisse, quippe de eo Moyses Deuteronomij cap. 32. *Circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui; Dominus solus dux eius fuit*; At verò stella illa, quæ orientibus illuxit, adumbratam Virginem Deum enixam; Damianus quippe sermone de Epiphania? *Erat stella in aëre, stella in terra, Sol in præsepio; stella in aëre, corpus illud lucidum; stella in terra, Virgo MARIA; Sol in præsepio Christus*; At verò, vt non renuamus hæc certa esse; sed inde potior confurgit difficultas: si enim columnæ lux Dei claritas est stellæ fulgor, MARIÆ lumen; cur non efficaciores diuini radij ad regendas Israëlitarum turmas, compendioque eas ducendi in regiones lacte, & melle affluentem, quàm MARIÆ splendoribus ad instruendos dromedarios Madian, & Ephraim? Quid ad hæc dicemus, nisi quemadmodum Anselmus, adsignificat libro de excellentia Virginis, cap. 6. contingit sæpè ex Filij dignatione, celerius Matre inuocata salutem afflictis concedi, quàm Gnati implorato nomine? Ita & MARIÆ plus eminere magistrum, quàm Christi; breuius sapientem euadere, quem Genitrix erudit! Certè columnæ differentia, syderisque super stabulo fulgentis Sanctum Maximum, non latuit hominibus. de Epiphania: *Ecco Fratres ad querendum Regem Regum vna*

52. MARIÆ splendoribus quàm inaccessiblei!

Deut. 32.

Damian.

Anselm.

MARIÆ potestas quomodo maior potestate ipsius Dei. Maxim.

Chaldaeos stella protraxit; Indicum verò populum nec ignea quondam potuit columna conuertere; O quibus doctrinarum sitis anhela, venite, & emite absque argento, aut vlla commutatione! Ecce Filius posuit in potestate Genitricis, quàm dilexit, thesauros sapientiæ, & scientiæ Dei! prope-  
rate, rudes omnes, & quibus non est intellectus ipsa est formosa Rebecca, quæ gratis dabit potum abundantem non solum seniori domus Abrahæ; sed & camelis quoque, & iumentis illius; ne verearis accedere, pusillanimis, ne tibi illud inimicus, quasi seueram fingens Matrem misericordiarum; *Reuolue diligentius euangelicæ Historia seriem vniuersam.* (Bernardus homil. 1. de Natiuitate MARIÆ.) & si quid fortè increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in MARIA, de cætero suspectam habeas, & accedere verearis.

Bernard.

53.

Gen 3.

Vagemur paululum per singulos rationalium ordines, & ostendam huic Reginæ concessum, vt maiori claritudine quæque penetraret, quàm aliqua merè creaturarum, & incipiamus à super-  
biente Angelo; Quanta eius intelligentia? Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus, ait Moyses Genes. cap. 3. vers. 1. Patum, vt bruta vicerit; gloria est vicisse feminam; Sed qualem eam? Sanè, quæ, sicut pulchritudine facie, & corporis lineamentis sequitur nubiis excelluerat; ita ingenio eminuit maximo: tanto audax triumpho, accedat, & tentet, vt & Dei matrem mentis astutia superet! Puto, verebitur cum tali viragine palam agere, & in faciem pugnare; fortasse ad dolos conuerteretur, & calcaneo insidiabitur; Sed noueris, maligne, quia neque fraude circumueneris, oculata est omni ex parte, nihil in ea dormitandum, & segne, ipsa coneret caput tuum: multa est calliditas tui ingenij: sed nihil tam subtile, quod MARIÆ acumen præteruolet: abissus ad Mineruam, tu Deiparæ comparatus. Cui hac victoria (inquit Bernardus homilia 2. super, *Assus est*.) seruata est, nisi MARIÆ? ipsa proculdubio caput contriuit venenatum, quæ omnimodam maligni suggestionem tam de carnis illecebra, quàm de mentis superbia deduxit ad nihilum: Sed quando serpentem decepit MARIÆ? Nimirum, tum, cum Iosepho desponsata est: Dilce ab eodem Bernardo loco nuperè memorato; *Oporrebat autem à Principe mundi aliquandiu celari diuini consilij sacramentum* (celebatur autè putat Bernardus, per desponsationem, cum Satan videns con-  
nubio iunctam Virginem, arbitraretur & naturæ opus esse partum ipsius, ex communi coniugatorum vltu) & quamquam illud aliter, quando vellet, perficere potuisset: placuit tamen, eo potius & modo, & ordine hominem sibi reconciliare, quo nouerat cecidisse: vt, sicut Diabolus prius seduxit feminam, ita prius à femina virgine seduceretur. Sic igitur versipellis aspidis ars, & gigantes in fraudè pellicere assueti, à MARIA hebetata est: Subiungam & Damasceni verba in eundem scopum pauca, qui orat. 1. de Natiuitate Virginis: MARIÆ (inquit) diuine voluntati obsequuta, deceptorum serpentem in fraudem induxit, & mundo immortalitatem inuenit.

MARIA doctior Angelis.

Bernard.

Damasc.

54.

MARIA sapientior Apostolis.

Veniamus ad humanum genus: Quantus Magister, apostolici Continentus Vertex, Petrus, qui diuinitatem Christi agnouit, & Filium Dei viuui esse confessus est? Quantus Ioannes, qui velut aquila magnarum alarum caliginem intrans, me-

dullam arcanorum de cælo reulit, intonans: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, &c. iam verò Paulus, qui audiuit verba, quæ non liceat homini loqui, & Angelorum quodammodo præceptor factus, vt Epist. ad Ephesios, c. 3. ipse innuit, & Chrysostomus Prologo in Ioannem explanat? Salomonis verò, & Adæ quàm rara, quàm multificia cognitio fuit? Verùm de his omnibus considera, quale ferat iudicium Auctor Prouerbiorum cap. vltimo, vers. 29. *Multa filia congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas*: Atque sanè de MARIA loquentum eum Bernardus testatur hom. singulari de B. Virgine, quæ an sit germana, an alteri adscribenda, modò non interest: *Multa filia congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas*: Licet enim in Parabolis loqueretur ad turbas, licet omnia Apostolis nota faceret, vt amicis: quædam tamen credendum est Matrem suam, quemadmodum ita propensius erudisse, sic quædam secretis intinasse; frequenter enim ad mitem myrrhæ, & collem thuris sublimasse, in cellam vinarium occulasse, sui, prout nouit, gloriam deificam, & supercælestem reuelasse notitiam: Cum verò insinuamus à Virgine immaculata doctrinam omnium mortalium speratam, præsertim in his, quæ supernaturalia erant, & quousvis modo ad vltimum finem conducebant, non solum intelligimus id respectu huius, aut illius personæ seorsum, atque diuisiue sumptæ, sed etiam comparatione collectionis earum, sic vt vna illa plùs nouerit, quàm omnes mortales collectiue acceptæ: Sed id optimè contigit, vt Auctor homiliæ adiungeret, Deum Virgini intemeratæ gloriam deificam, & supercælestem reuelasse: hoc est, donatam eam visione beata, ne & quoquam inferior existisset nobilissimo cognoscendi genere: nam præbeamus sanè, Moysen, atque Paulum intuitiue contemplatos diuinitatem: contigerit etiam id ipsum S. Benedicto, & nostri Sodalicij sanctissimo Fundatori, vt verisimile existimatum à nonnullis octiduana illa ecclasi longè celeberrima, Sed, quantum est istud collatum MARIÆ Deiparæ, quæ & in primo animationis instanti, & dum nasceretur, & cum ipsa Filium enixa est, eodèmq; resurgente frequenter transferebatur ad videndum intuitiue Deum: qua de re, eruditè & piè Salazarius de conceptione Beatissimæ Virginis, capite trigesimo secundo. §. 4.

Ephes. 3. Chrysost.

Prou. 31.

Bernard.

MARIA sapè eleuata ad vid. n. diuinam essentiam.

Salazat.

55. Apoc. 12.

Epiph.

Feramur è terra ad superos, & indicabit nobis Ioannes Apocalypsis capite duodecimo, versiculo primo, signum magnum apparere in cælo, nimirum, mulierem amictam Sole; Verùm, quis stupor in hac re? Equidem sciebat non audere Hierarchiarum supremos Spiritus Deum cum maiestate sedentem, nisi præterentis alis intueri; miratur igitur feminam supra Seraphim assurgere; neque tantum Solis pati iubar immotis luminibus, verùm illo circumdari, eoque inuolui; Intellige ab Epiphano Constantiæ vrbis Cypri Antistite, sermone de laudibus MARIÆ; *Virgo plurimum nominum, & multocula effecta est: Seraphim incomprehensa visionis, que inuenta est velamentum quoddam intellectuale corporis vniuersalis, Cherubim transcendens: illa enim auertuntur, cum nequeant spiritalem ignem Diuinitatis fixis oculis intueri: hac autem apertis oculis intuens incomprehensibilem, & sonni experientem oculum Christi, cum desiderio, & osculo salutabat: Et fortasse hoc signum*

gnum magnum est stella ea, quæ Magos ad præsepe attulit, quæ ausa est & coram Sole, quod nec Lunæ concessum, splendere magnificè, de qua Chryostomus homi. 6. in Mathæum: *Noque enim nocte cernitur, sed lucere prorsus die, ac Sole fulgente, quam lucendi vim non modo stella nulla; sed nec ipsa quidem Luna sortita est: quæ licet multo clarius omnibus coruscet astris, continuo tamen ortu Solis absconditur: Nam ostendimus hac ipsa Sectione, num. 40. ex sancto Damiano, sydere præsepiali Christi, Virginem adumbratam: Quidni ædepol? Ipsa stella splendidissima est, cui datum ut cum & Seraphim arceant faciem pennarum integumento à nimietate claritudinis, illa non tantum defixa acie contempleretur, sed & Sole immergatur, amicta Phæbo circum omne corpus: Pulcherrimum sydus, quod & Lunam prærogativa vincat: Porrò Ioannis locum de sapientia MARIÆ intelligendum Bernardus enucleatè commonstrat serm. 1. de Natiuitate illius: *Iure igitur MARIA Sole perhibetur amicta, quæ profundissimam diuinæ Sapientie, ultra quam credi valeat, penetravit abyssum: candidissimus sanè huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur, ut nihil in ea non dico tenebrosum, sed obscurum saltem, vel minus lucidum: Et ne omisit quidem, quemadmodum & stella hæc maris omnium Planetarum vno Sole excepto, gloriam superet: Ut quantum (ait) sine personali unione creatura conditio patitur, luci illi inaccessiblei videatur immersa: illo nimirum, igne Propheta labia purgantur, illo igne Seraphim accenduntur: longè verò aliter MARIA meruit, non velut summatum tangi, sed operiri magis undique, & circumfundi, & tanquam ipso igne concludi.**

56.

MARIA  
nunquam in  
caligine ali-  
qua.  
Gen. 8.

Est & huius Reginæ ingens encomium, quod nullo vnquam tempore non dicam luce orba-  
ta, sed nec absque eius plenitudine: Dimisit se-  
cundò columbam Noë exploraturus, num aquæ  
super terram cessassent: *At illa venit ad eum ad  
vesperam, portans ramum oliuæ virentibus foliis  
in ore suo.* Genes. cap. 8. versic. 11. Cur foras  
non remorata etiam nocte? Quid timet, hostem  
nullum habens? omnes absorbuere aquæ: Nun-  
quid ut Patriarcham consoletur remeat, an ma-  
gis ut seipsam recreet? Existimo & hoc secun-  
dum quoque: Amat volucris sine felle lucem:  
noctè autem adueniente tenebræ faciem orbis  
cooperturæ erant: Sub dio igitur si maneret,  
obscuritas & horror comprehenderent: at apud  
Noë intra arcam claritas, non enim extingue-  
batur neque in noctè lucerna eius: vespe-  
ra ergo properante lares repetit: sic neque die  
neque noctè splendoribus caritura: O sancta  
avis, cui vmbra, & caligo odio sunt? Ambro-  
sius libro de arca, & Noë, cap. 19. ad Genesios  
allegata verba: *Non otiosè posuit, Ad vesperam:  
ut non arbireris sine lumine eam fuisse, & qui-  
busdam tenebris occultatam: sed diurno candore  
fulgentem expectasse vsque ad occasum dici, & sic  
ad eum regressum, apud quem etiam vesperi te-  
nebras habere non possit: Verùm, quæ hæc co-  
lumba nisi MARIA Deipara? Magnus Doctor  
Paulus, magnus Ioannes amoris discipulus: sed  
non semper Doctores: fuit quando & omnium  
scientiarum ignari extiterunt: Non talis colum-  
ba nostra, semper ipsa luminosa, semper om-  
Sberlagi Anteloq. in Can.*

Ambros.

niscia: quàm citò anima infusa est, tam subitò  
Magistra euasit: Certè alij mortales, vt eua-  
dant eruditissimi, patiuntur doctrinarum ino-  
piam aut sub vitæ limine, ob infantie rudita-  
tem: aut sub annorum occasu, senectæ opprimen-  
te mentis potentias, sensuumque organa: at no-  
stra Virgo, nec vidit tenebras sub vitæ ortu in  
splendoribus concepta, & voluntatis, & intelle-  
ctus; nec senectus. quanquam multa fuisset, de-  
trimentum aliquod inueheret.

O igitur ad hanc Mineruam, quibus scien-  
tiarum cupido inexplebilis est! vos in primis,  
quibus magna Parens Theologia gratior spon-  
sa: vos, quos sacer ardor vexat, & irrequie-  
tos habet, donec liber signatus aperiat, &  
sacramenta referentur voluminis Dei digito scri-  
pti: neque enim MARIAM sibi tantum scien-  
tem esse voluit, qui illustravit propè immen-  
so splendore, sed & communicandos nobis eru-  
ditionis latices eidem commendauit: illa dispen-  
satrix: Vidit Ioannes thronum empyreum, *Et  
de throno (ait cap. 4. vers. 5.) procedebant fulgura,  
& voces, & tonitrua, & septem lampades ar-  
dentes ante thronum: Quod hoc solij genus? num  
iudicantis? At non decet Iudicem tam vehe-  
mentem esse, vt de eius confeslu nihil emanet  
nisi quod formidandum sit, seueritati oportet  
clementiam quoque admiscere: Sed qualis man-  
suetudo, vbi nihil præter fulgura & tonitrua,  
& faces, & confusum clamorem? Quòd si qui-  
dem iudiciarius thronus non est, multò minùs  
pacificè regnantis tranquilla cathedra: Quid-  
nam ergo? MARIA fortasse? Verùm, quan-  
do tam immitis Mater Domini? At perpende,  
symbolica esse, & tonitruum, & fulgur, & lam-  
padas, & sonitum vociferantium: istis & Dei-  
para gloriari possit: Si quis enim tanquam è si-  
nu Verbi afferat grandis mysterij Sacramentum,  
& declaret quemadmodum in principio erat  
Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus  
erat Verbum; hic non queat, aut non esse ton-  
itruum, aut tonitruui filius: Si quis Pauli Gen-  
tium Præceptoris in morem ignita dicendi vi in  
cinerem & fauillas redigat omnem fastum su-  
perborum, & Christo subiiciat corda indomita;  
hunc necessarium est dicamus, fulgura emitte-  
re: Si quisquam scriptis semotos consoletur, &  
posteritati affulgeat, infringat Hæreticorum ora,  
erudiat paruulum, atque insipientem; hunc iure  
Pharum, & lampadem radiosum appellabi-  
mus: Vnde igitur emanauerunt hi omnes, vn-  
de profilierunt tanquam ex equo Troiano? Cer-  
tè è throno, quæ MARIA est, exierunt:  
MARIÆ acceptum referre debent, quod in  
eis, aut sapientiæ, aut ingenij & acuminis est:  
Suggerat nobis sermo inter opera Bernardi de-  
laudibus MARIÆ: *Vnde Ioannes in Apocalypsi,  
(inquit) De throno (scilicet de MARIA) proce-  
debant fulgura, & voces & tonitrua: quia MARIA  
Mater Filij IESV Christi parabolas, enigmata,  
legalia, & mirifica gesta, dicta, opera auidius ebi-  
bit, fidelius credidit, sincerius, luculentiusque alijs  
tradidit.**

57.

Apoc 4.

MARIA  
acceptam re-  
ferre scientiã  
debent Do-  
ctores.

Bernard.

Sed Filius, inquis, Dominus est scientia-  
rum, non Genitrix eius: ille est Sol micans, at-  
que rutilus, qui diem clarere facit: Assentior  
quidem: verùm absque Matre lucere nolit; Quid  
lucis huius quam intuemur quotidie corpo-  
reus oculis, Phæbus nõnne auctor? Splendet  
BBb 2 ille

58.

Filius nō nisi per MARIAM scientia velit dō nō cōcedere. Zeno Veron.

ille mirificè, illustratque hemisphærium totum, sed præcedit Aurora semper: per hanc ad Solem itur: Quàm nitidè Zeno Veronensis serm. de Patientia: *Sol denique quantum mira alacritate alternas mundi metas illustrat, tamen nunquam dilectam, verècundamque anteverit Auroram*: Tam humanus erga Auroram Planeta, & non suavior erga Matrem Christus! Crede, nisi hæc antecesserit, nisi ad eius prius aduoluaris genua, quoniam non illuminabit te IESU claritas admirabilis: Accede ad hanc Reginam, & per eam ad Filium: Si tibi Aurora illuxerit, securus esto de Solis radiatione: quoniam Sol Auroram subsequetur, nisi fortasse mentem suspicio obtenebrauit Gnatum precibus Genitricis non mouendum: erras toto cælo: percipe vim Marianæ supplicationis à B. Damiano sermone 1. de Natiuit. Virg. *Accedis ad aurum illud diuina seueritatis tribunal, non rogans, sed imperans; domina, non ancilla: quomodo enim potestati tua obuiare poterit potestas illa, quæ de tuis visceribus traxit originem?*

Damian.

59.

Dicis; Filium Genitrici nihil denegare: verum hanc imperfectorum supplicationes reicere, & scientiam impetrare solum iis, qui eximie iusti sunt; Sed nescis, MARIAM stellam esse, Helicem eorum, qui in huius vitæ mare magnum, & spatiosum descendunt: quid verò sidera illa quæ Olympo fulgent, tantum calidibus lucent? Certè & ad sublunarem orbem radios eiaculantur, esto non quantum superis fauent, terram recreant: solo tamen benefica sunt, idque supra modum, à quibus & tempora, & messis, & vindemia felix: talis itaque MARIA, quæ singulariter stella: Splendescit in Sanctis, quasi in firmamento, ibi fautor deliciae eius: prudens etenim est Virgo, ac proinde & meliores excellentiori affectu diligit, maioribus afficit præmiis: Verum neque pauperem & imperfectum despicit: si minus faciem integram his ostendit, radiis caliginem pellit: Bernardus homil. 2. *Super Missus est, Nec sideris radius suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem: Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Iacob orta, cuius splendor & præfulget in superis, & inferos penetrat*: Omnium auxiliatrix est Deipara, & præfulget in Superis, & inferos, hoc est, imperfectos, demissæque virtutis, sed non malæ tamen voluntatis, etiam visitat.

MARIA erga imperfectos indulgens.

60. Eccli. 24.

Hinc de ea Siracides cap. 24. vers. 19. *Quasi oliua speciosa in campis, quasi platanus iuxta aquas in plateis*. Verum, cur in campo magis quam in platea, saltem in horto, vel sylua, oliua, eoque potius, quod speciosa perhibeatur esse oliua: nam tam pulchram arborem sepibus, aut vallo communire decebat, ne fiat præda omnium transeuntium: Aduerto oliuam scientiarum ænigma esse; tum, quoniam ab ea lux prodit; tum, quia Palladi sacrum lignum: quando igitur MARIAM Ecclesiasticus oliuam appellat, eo vitur virginis titulo, qui artium, & disciplinarum Præsidem illam esse demonstrat: Iuculentè autem tali eam nomine afficit, in medio agrorum collocavit; etenim ea differentia est inter nata campis, & viridario progenita; quod hortorum copia, ac proinde florum, fructuumque, quos edunt, fiat solum diuitibus, & Reipublicæ Optimatibus: campi autem communis iuris sunt, & idè tam locu-

ples, quàm pauper, omnes vescuntur agri muneribus: Quoniam igitur Virgo sapientiæ donum perfectis, & imperfectis simul communicat, neminemque arcet, propterea egregiè vocata est oliua, non qualiscunque, sed qualem campi omnibus indiscriminatim producant: Quamobrem Adam de Perfenia apud Tilmanum ad præfata Ecclesiastici verba: *Virgo sanè nostra est oliua speciosa in campis: quia gratia eius, & misericordia omnibus est communis: Cur non properatis ad oleum? Vestrum negotium est, quod hic agitur: nulla ratione oliuam fructiferam in campis poneret, nisi ut misericordiam Virginis omnibus communem exhiberet.*

Adam de Perfen.

SECTIO VII.

Nunquam longum, aut fastidiosum eum reputemus laborem, quem pro Deo sustinemus.

Defendimus in his, quæ ad intellectum spectant, neque omnem longitudinem discursuum approbandam, nec continuè vituperandam, sed vel finem vel adiunctas circumstantias aut detestationem, aut encomium afferre: hoc ipsum & in voluntate considerandum: nam diuturnitas & perseverantia in malo abominabilis: in virtutis autem ferendo pondere, Dei ob gloriæ patientia non lassari quid magis excelsum? hac tessera Sancti vnice distinguuntur, hæc inclytos facit: Quàm versuta Diaboli astutia impellentis scribas & seniores, ut Christo dicerent: *Si Rex Israel est, descendat nunc de Cruce & credamus ei*, Matth. cap. 27. vers. 42. Dura tentatio videbatur: nam si vitam diligebat Christus, quid hac pollicitatione suauis? Sin verò & Iudæorum conuersionem amabat, quam exoptasse semper audissimè significauit, ecce spondent credituros se; Quamobrem igitur differt Cruce liberari? nempe, quod hostis calliditatem intellexisset: specie quidem Iudæorum fidem proponebat, sed reuera hanc potius interimere cupiebat: Quomodo namque à Deo putassent, qui Patris mandatum violasset præcipientis mortem in Cruce? Quomodo Heroem, & eximium arbitri essent, qui laboribus frangeretur, & longitudinis pœniteret, ideoque patibulum destitisset? Denique Martyres quo pacto vsque in finem magnanimè restitissent, si Ducem rædio affici conspexissent pœnarum moras & spatium exosum: Non igitur ad preces scribarum è Cruce descendere aliquo modo Christus debuit: Sanctus Athanasius serm. in Crucè & Passione Domini: *Dei filius non fugiendo mortem, sed eam expectando, conculcandoque innotescere voluit, quod ipse esset filius Dei, & ipsa vita: poterat enim de Cruce descendere, qui alios excitauerat à morte: sed descensus ille speciem pertulisset fugientis mortem: contra permanere in Cruce nihil aliud quàm documentum erat, eum qui permarebat in Cruce, vitam esse.*

61.

Christi in Cruce perseverantia Demons calliditatem superauit.

Matth. 27. v. 42.

Athanas.

Quicquam illam, quæ relicta nonaginta nouem sociabus, aberravit in montibus peregrinis, insequutus Pastor exantlatis summis laboribus, tandem reperit, inuentamque blandè fouit, non mouit labia, non arrugavit frontè contrà eam, non funda, non baculo vulneravit. Greg. Nil. de Pœni

62.

Nyssen.

Pœnitentia: illic enim in parabolis: adumbratiffique sermonibus video centum ovium hominem Pastorem, qui cum earum una à grege discessisset, & errabunda vagaretur, non mansit cum illis, que servantes ordinem pascebantur, sed eam requirendam profectus multas valles, saltusque superavit; magnos, atque arduos montes transcendit, in solitudinibus peragrans multo cum labore tandem peruestigavit, donec errantem inuestigando invenit: inventam autem non verberavit, nec urgendo vehementius ad gregem compulsi: sed humeris suis impostam, & leniter tractans ad gregem gestavit, maiorem ex illa vna inuenta, quam ex antiquarum multitudine lœvritiam percipient; optimè illud: non verberavit, nec urgendo vehementius, &c. Sed quare nõ percussit? nõne enim Pastores sic facere consueverunt? & nõne pœnam exsoluere videntes alia timerent, nec fugam similè cogitassent aliquando? Equidè si ita fatigatus rediens ex longo & difficili itinere Pastor statim corripuisset: non ad emendationem castigasse multi putauissent, sed in dolorem lassitudinis, quare subire coactus: insinuabat igitur pœnitentia se quadam duci tanti in quærendo: sudoris sed quid in optimo Pastore tam probrosam ac de magnitudine conquiri laborum in recuperatione ovis pro qua sanguinem Christus effudit: ne igitur onere se quoquo modo oppressam, sarcinæque impatientem demonstraret, non verberavit, sed scapulis imposuit gratissimũ trophæum: quo exemplo comprimit officij admonitis Episcopos obsevat. Isidorus Pelusiotta ep. 1; 6. Hermino Comiti: *Id autè amiculum (inquit) quod sacerdos humeris gestat, atque ex lana & non ex lino contextum est, ovis illius, quam Dominus oberrantem quaesivit, inuentamque humeris suis sustulit, pellem designat: Episcopus enim, qui Christi xypum gerit, ipsius munere fungitur, atque ipso etiam habitu illud omnibus ostendit, se boni illius, ac magni Pastoris imitatore esse, qui gregis infirmitatem sibi ferendam proposuit.*

Inuicta Pastoris ovisculam quærentis patientia, insatiabilis esse debere in suo officio Episcopos, admonet.

Pelusiotta.

Primæ legis tabulæ, quæ Moyfi datæ franguntur ad radicem montis Exod. c. 32. v. 19. dantur secundæ. & perseverant Exod. c. 34. v. 1. Quidnã hæc doceant? priores illæ tabulæ populum respiciebant Hebræum, qui populus imperfectorum, sensuque carnis addictorũ typus est: prob quale onus his tã fragilibus & delicatis legè decè præceptorũ obseuare! ingemiscunt sub pondere, & torquentur nimium, postremò diu sufferre non valentes, cedunt imbecillati suæ, à qua superati tabulis exitiũ parant: secundæ autè Tabulæ populum Christianorũ indicabant, quæ Gens perfectæ est, atque robustæ virtutis: nec differuntur his sarcinam esse legè, multis cõstat sudoribus, multa diligetia obseruasse, sed pudet tam strenuos frangi difficultatibus: ecce igitur discrimen! Qui ignauus est miles, & pauidi cordis, ei non durant tabulæ, conteruntur citò, quia in labore perseverare non audent: Qui autem masculus & fortis est, tabularum ille nunquam iacturam facit, quoniam etsi fatigant, at jugũ ipsum suaue est quia Dei ob honorem, & reuerentiam suscipitur: Beatus Petrus Damianus serm. de inuentione sanctæ Crucis: *Et quidem primò datæ sunt tabulæ, sed proxiuus sunt populo prevaricantæ, effractæ: secundo verò dantur tabulæ, sed perpetuò permansuræ: planè priores tabulæ prisca legis tenuere figuram, quæ a sui cultus obsequio erat postmodum defectura: post modum verò dantur tabulæ, sed non franguntur, quia noui testamenti gratia, quæ per Crucis est solidata a myste-*

Strenuis Christiani nullis franguntur difficultatibus.

Damian.

Gratia perseverantia ex Cruce Christiani manant.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

sterium, nullum novit habere defectum.

Quòd Pater familias vndecimã horã vineã ingressos ad laborandum æquali compensarit mercede atque eandem primo mane intrantes cum ingenio Nazianzenus defendit, inquires orat. 40. *Tametsi quantum ad laboris modum plus contulerint qui priores ingressi sunt: non tamen quantum ad animi, liberæque voluntatis modum: eaque ratione postremis fortasse amplior merces debebatur, etsi quodammodo absurdum videri possit quod dico: At quainobrem si maiore fuisse concedat Nazianzenus laborem, non addat, & maiora accipere debuisse præmia: nam mercedis ratio secundũ laborem est, nempe operarij illi conquerentes se pondus diei atque æstus tolerasse, nec videntes se singulari remuneratione donatos, innuebant, quasi dolere eos, quod immentos illos exhausserint labores, quos non susceptos si fieri possit, vellent; At vndecimæ horæ operarij & ipsi etiam dolebant, verum eò, quòd pro tam benigno Hero parũ defudauerint, animo autè plurimum laborarunt, & ad laborandum in posterum indefessè alacres se ostendebant, rati nullũ posse onus graue censerij, quod ob talem Dominum sustineant: Quoniam igitur pudoris quoddam genus est, ne dicam iniuriæ: putare quenquã nimios esse labores quoscumque magnæ vineæ possessoris gratia susceptos, cui hoc debetur, vt tam ingens nunquam onus videatur quod propter eum leue non iudicaretur, cum momentaneum tribulationis nostræ æternaturis compenseret: idcirco preferendos antiquioribus illos novos operarios Nazianzenus dicebat, qui & subnectit: *Qua igitur fronte operarum conductorem criminantur, velut in aqua mercedis per solutione ab æquitate recedentem? hæc omnia sudoris gratiam primis subtrahunt, ac labefactant, etiamsi priores labore fatigati sunt.**

Post absoluta sex dierum opera de Numine subdit Scriptura, & requieuit die septimo ab universo opere quod patrarat, Genes. c. 2. vers. 2. quem in locum acutè imprimis Gaudentius Brixienf. tract. 1. in Exodum: *Non Omnipotentem, & imperio Sermonis cuncta facientem laborasse existimes cum requieuisse, & cessasse dicitur: Nam requies Dei non laboris remedium, sed captorum finis est operum, siquidem postquam perfecit mundam, opus suum regere non desistit: in vnum quamobrem Gaudentius monet quietem à Deo non in solatium fatigationis assumptam? primò, vt ostendat Deum esse qui condiderit orbem nec tamen sub ingenti mole lassatum: nam quem alium nisi Deum tam innumera, tam grandia, tam exquisita non fatigassent? Secundò & perbellè innuat: quasi ab opere non cessaturum si agenda laborem generassent: tanquam dicat, verum est quieuisse Numen, at quando non lassabatur: quòd si creaturarum gratia labor subeundus fuisset, continuasset proculdubio, neque enim ob creaturæ causam susceptus à Deo labor grauis, aut longus ipsi extitisset: & vide quam certum istud: Nam Deus licet in natura sua pati, vel lassari non poterat, sed potuit Homo factus, atque idè fatigatus sedebat sic supra fontem! quæro num tunc à laborando cessauerit, donec in Cruce Spiritum emisit? subtiliter itaque Gaudentius aduertit, vbi cessasse legitur & quieuisse, opus tale non fuisse, quòd onus & grauamen intulerit.*

64.

Nazianz.

Quodcumque onus propter Deũ susceptũ leue iudicari debet.

65. Genes. 2. v. 2. Gaud.

Requies diei septima non fuit à Deo assumpta in solatium fatigationis.

66.

Tribus annis culta ficulnea semper ingrata existit, nec Dominum fructibus consolata est: iussit

B B b 3 ita

inutilem excidi; miseratus arboris qui coluit, qui cum ea laborauit, supplicat inquam: *Domine dimitte illam & hoc anno usque dum fodiam circa illam, & mitte stercore!* Luc. c. 13, vers. 8. O nouum orationis modum! nam si quis optare debuerat ut amoueretur, certè operarius vineæ; si quidem pudor erat tanto tempore infœcundum extitisse lignum, quod non esse vitium ficulneæ multi arbitrarentur, sed negligentiae cultoris adscriberent: lætandum igitur illi fuerat, quòd occasio daretur noxi excidendi stiptitis, quamobrè itaque pro incolumitate arboris adhuc interpellat? sciebat acuti ingenij cultor iste, Dominum vineæ sagacem esse in exploranda famulorum indole; tentabat proinde cultorem nosse volens, an laboris cum infructuosa arbore cum tæderet; siquidem statim ac Herus cædi arborem iussisset, exultaret seruus, promptumque se ostenderet, auguraretur molestissimum ei fuisse quod tamdiu colere coactus sit, ignauumque notaret & locordem labore exonerari desiderantem: sed quoniam ille de eximiis famulis erat, quibus nulla vnquã tædia pro Domini honore patientibus odoratus est subtiliter quoniam Heri tenderet cogitatio, & occurrit scopo fidelis inuentus, rogat proinde annale concedi spatium; Gregorius Nyssenus Oratione in eos, qui alios acerbius iudicant &c. loquens de patientia in sustinendo: *Etiamsi Dominus aliquam vii plantam inutilem excidende iubeat, ipse tanquam insitor debet supplicare, ut ignoscat parumper, ac sententiam differat: sic enim monet oratio illa de ficu, quam vii sterilem, cum Dominus vellet concidere, orat Agricola ut illi paulisper parcat, & moram aliquam interponat, aliquid enim bonæ spei in diligentia sua reliquum esse.*

Luc. 13, v. 8.

Eximia fide-  
lis serui Pri-  
dentia Labo-  
rem non re-  
mittentis.

Nyssenus.

67.

Etiamsi cum vitæ non leui periculo mortuos bonus Tobias sepeliebat; fatigatus quodam die cum parietis inclinaret paululum dormitauit requiem lassus dans corpusculo, dumque soporatur, ex nido Hirundinum dormienti calida stercore inciderunt, & fit cæcus. Tobias cap. 2, vers. 11. sed ô Tu dominator Rerum itanè seruorum recompensas, ut luce spoliaueris optatissima? hoc debetur tantæ diligentiae, tanto feruori? Sanè Tobias ita factam secundum litteram, & rigorosè ad patientiae inclinat laudem, quomodo & tentatus est atque perfectus inuentus sanctus Iob, quemadmodum textus ibidem significat: allegorice verò documentum est, ne quando laborare intermitamus, & feriemus quasi nimium lassati; itaque sarcinæ nullum inuadat nos odium, ne vel tantisper deponamus: fiet enim, ut cum otiosi incæperimus, lumen in nobis extinguatur internum, ne ea quæ clarissima sunt videamus, & cæci in foueam prolabamur. Petrus Damianus lib. 2. ep. 12. ad Desyderium, *post fatigationem sepelien- di fatigatus à sepultura, dum se vel effractus viribus proicit, lumen amittit; illa sum quippe cordis oculum seruat quisquis in bonis operibus infatigabilis perseverat: cum verò pusillanimitè frangitur, non immeritè priuatur luce.*

Iob. 2, v. 11.

Damianus.

Laboris per-  
seuerantia  
mentis acie  
illam ser-  
uat.

## SECTIO VIII.

Non esse in vnum congerendos omnes fa-  
uores, non omnia munera.

Monstrauimus displicere id Scripturarum interpretandarum genus, quod vel solam Historicam explanationem tractat, vel solam tropologicam multò vtiliorem normam eam, quæ variis personis fructuosa est; in qua nimirum reperiant commoda diuersarum partium studiosi, & vni cuncta deseruiant tantum; quæ ad ethicam referentes considerationem instruunt; Principi, & Antistitibus quibuscumque conandum, ne ita vnus alicuius personæ fascinari se cæco quodam amore sinant, ut in eum solum omnem effundant munificentiam, multos depauperantes, quòd vnus ditetur: Quid enim perinciosius Reipublicæ & cætibus, quàm nō meritum aut virtutis haberi prouidentiam, sed affectum gubernare: quæ fidelitatis? quæ spes concordiae vno deorante cuncta? scitissimè de Redemptore nostro Cyrillus Ierosolymitanus Cathed. 15. *Nam ut plurimum duplicia sunt apud Dominum nostrum Iesum Christum: duplex generatio, vna de Deo ante secula, & altera de Virgine: duplex aduentus: vnus occultus, qui est sicut pluuia in vellus: & alter illustris, qui est futurus &c.* At quamobrem apud Christum congeminata & multiplicia magis quàm singularia? scilicet vocandus erat Princeps Pacis sicut Isaias attestatur cap. 9. vers. 6. at quoniam modo pacem habituri subdit si vnum tantum haberet? si vnum prætulisset despectis aliis? qui non inuidiæ stimuli? quæ non acerbis odia? rectè igitur pacis Auctor non nisi cum duplicibus, singularia repudians.

68.

Cyrillus.  
Ierosolym.In Christo  
omnia dupli-  
cia.Quam rectè  
Princeps pa-  
cis Christus  
appellatur.

Dum foras vagatur Esau, & montibus venator pererrat, Rebeckæ sedulæ genitricis industria Iacob benedictionem suffuratur paternam; postquam intellexit senior germanus dolore percitus vehementi Genitorem alloquitur; *Numquid non reseruasti ait & mihi benedictionem?* Genes. cap. 27. vers. 16. cumque hac eius oratione Pater ad benedicendum non excitaretur, superaddidit: *Num vnaminquit tantum benedictionem habes pater? O efficax verbum! ô eloquentiam admirabilem! vide quemadmodum quod cupiebat extorsit: Nū vnaminquit tantum benedictionem? id est, Tu qui senio venerandus, qui iustitia illustris, qui gubernatione conspicuus, qui prudentia & consilio maturior omnibus, & committes ut in populo & natione spargatur vni concessisse vniuersa? qualiter fama vapulabit? & hæc erit annorum clausula tuorum tam fœda? Non sustinuit Iacob, ut concessisse in vnum omnia diceretur; indulsit & benedixit; in pinguedine terra (ait) & in rore cæli desuper erit benedictio tua; Sapienter quidem nam si ita accensus est Esau contra fratrem, quòd primogenitorum benedictione honoratus sit, ut fugere in domum Labanis pernecessarium fuerit, & spatiosas ibi trahere moras; quibus agitandum furis arbitraturus simus nulla penitus cumulatam benedictione, omnibus vacuum fauoribus?*

69.

Genes. 27.  
v. 16.

Intueamur etiam de alio genitore duos quoq;  
filios

70.

filios habente; & alterum nequam licet postea compunctum; alterum Officiosum & humanum; nolebat iunior versari sub disciplina patris, aususque dicere: *Pater da mihi portionem substantiam, quae me contingit*, Luc. cap. 15. vers. 12. annuitque voris; sed perpende quid Euangelista addat; & diuisit illis substantiam: quibus? nempe ambobus gnatis; verum senioris filij nulla intelligitur postulatio flagitantis paternarum diuitiarum partitionem; equidem ob vnus supplicationem distribuisse vtrisque Chrysologus asseuerat sermone 1. de duobus filiis: *petente vno* (ait) *ambobus totam substantiam mox diuisit*: At quamobrem ei qui non petebat aequè cum exposcente? Si vni solum tribuisset, alter liuore & inuidia contabesceret; tota quoque familia querulans & indignabunda immurmuraret, fortasse & seditionem, atque tumultum conaretur: Quo enim pacto non stomacharentur cernentes senioreman Germanum, cui ob virtutem (nunquam enim à parentis obedientia discessit, nec mandatum eius praeteriuit) cui ob primogenituram natura duce, & vsu prouinciarum potiora debebantur, postponi Adolefcenti superbo, & dissipatori? ne igitur domestica enascerentur iurgia, ambobus substantiam dispersit? Verum si filiis omnia largitus est, quid ipse vir clarissimus deinceps facturus absque opibus? quid de splendore? quid de clientela? quid de stipulatoribus? nouit sane minuendam veterem auctoritatem, sed vult magis cum pace inops haberi, quam cum discordia locuples; futura autem belia & lites sciebat si ex duobus filiis vni solum gazam concessisset amplissimam, alterum defraudasset; opum itaque detrimento pacem stabiluit, & confirmavit.

Luc. 15.  
v. 12.

Chrysolog.

71.

Pharisæus ille, qui bis in Sabbato ieiunabat, & decimas persoluebat, cum oraret in templo, displicuit, ob iactantiam nimirum: At in fastu quid vituperatione dignum? nam si quod in se laudando prolixior extiterit, etiam & lobus semet laudat; & Dauid in Psalmis nonnunquam, & Paulus in epistolis praesertim ad Corinthios; fuit igitur in modo encomij insolitum aliquid, quod iure Numen auersatum fuerit; *Non sum* (inquit) *sicut ceteri hominum raptores, iniusti, adulteri*, &c. Luc. cap. 18. vers. 11. rectè ibi in Catena Graeca Ephrem aduertit; *Ecce ut non dixerit, non sum sicut multi, fur, adulter, &c. non enim sustinuit propositum nomen suae personae singulariter adaptare, sed pluraliter alijs illa impiegit dicens, raptores, iniusti, adulteri, &c.* Igitur omne genus humanum condemnauit, ut sibi vni, adscriberet iustitiam sanctitatem, virtutes cunctas; Basilus ad hoc ipsum argumentum transiens de Pharisæo similibus in cap. 2. *Isaia; alios despicit nihili eos ducens, sed mendicos quidem hos appellat, illis autem generis ignobilitatem exprobrat, alios verò censet ignaros; ut verbis hisce contumeliosis solus esse sapiens, generosus, diues, potens reputetur*; Dum igitur sibi vendicat omnia; cedo à quonam donatam multa acceperit? quidem à Numine omnipotente, & propterea gratias referebat illi: At non videt superbia caligans qualem interim Deum faciat? qui omni profus genere humano contempto vnum solum Pharisæum dignum aestimauerit, quem charum haberet, in quem diuitias effunderet, nam solus ille rectus & integer cum ceteri raptores, adulteri, &c. talem igitur Deum representans in oratione sua, meritò quasi

Luc. 18.  
v. 11.  
Ephrem.

Basilus.

Pharisæus seipsum laudans, Deum inaequalem bonorum largitorem faciebat.

stultè tumidus reiectus est: scilicet in Pharisæo homunculo Creator tolerasset, quod olim in Lucifero tantopere displicuit? *Sedebo* (ait) *in monte testamenti, in lateribus aquilonis*, *Isaia* cap. 14. vers. 13. Sed quare sedere tentas? nonne socij stant, & inter hos eleuatissima Seraphin? *Seraphin* (inquit idem Propheta) *stant* cap. 6. vers. 2. Sed vult superbus particulares sibi concedi honores, quòdque nemini Angelorum tributum, ipsi dari vt sederet, in ipsum vnum praerogatiuam conferti specialissimam, vt stantibus magni imperij vniuersis proceribus, ille sederet. O principum Amicos nunquam vstitatis contentos nisi super capita aliorum optimatum ferantur! Noluit indulgere prudentissimus Gubernator: quorsum enim dissimulasset vnum praefulgere cum liuore ceterorum? nam quæ pacis expectatio vel in caelestibus vt sic penè dicamus, si vnus anteponatur, multi relinquuntur? rectè detrusus est ad inferos tumultuum Auctor: Bernardus de gradibus superbiae de Lucifero inquit: *Ceteris adstantibus caliculis dum tu solus sedere affectas fratrum concordiam, totius caelestis patriae pacem, ipsius quantum in te est, quietem Trinitatis infestas.*

Vis scire, cuius sit omnia in vnum transferre? Diaboli sanè; cum enim omnia mundi regna Christo praemonstrasset; *Hec* (inquit) *omnia tibi dabo si cadens adoraueris me*. Matth. cap. 4. vers. 9. ecce nihil referuat, totum largitur, sed vni cuncta: O fatuum Reipublicae caput! quomodo ita stultus & insipiens factus est Sathan, qui de calliditate praesumebat super omnibus animantibus! nam si vniuersa transeant ad vnum, sequitur vt reliquis diuim nihil remaneat opum, nihil honoris: & tolerabunt ita se despoliari diuitiis, magistratu, titulis? atque hoc non in Prouinciarum defensionem contra hostes, non ad templorum ornatum, non in famis, aut communis alicuius vastitatis subsidium, sed solum vt amicus principis mortalium felicissimus nominetur? Quis tam mites futuros, imò tam remissos, & muliebres credat, vt patiantur sibi diripi quicquid in vita humana commodum, delectabile, speciosum sit? proculdubio aduersus Monarcham coniurassent; eius verò Amicum miseris tractassent modis; fuit igitur Dæmonis stolidam omninò pollicitatio, vt multo cum ingenio Incertus indicauit Chrysostomus hom. 5. in Matthæum: *Quomodo autem expediebat Diabolo ab omnibus omnia tollere, & vni dare vt ab omnibus contemnatur, & ab vno colatur? bene imprimis; vt ab omnibus contemnatur: Nonne enim statim Principem despecturi sint, qui ipsos omnes simul vno minus habeat? & qui tam insipiens sit, vnus vt intemperatam amicitiam, inuolidamque, ciuium fidelitati anteponat?*

72.  
Propriū Dæmonis est omnia in vnum transferre. Matth. 4. v. 9.  
Diabolus est Princeps im-prudentissimus.

Chrysost.

Electis septuaginta viris de senioribus Israël, quos adiutores habiturus erat Moyses, ne solus populi regimine grauaretur; Spiritu donati sunt propheta: ex quibus cum duos, nimirum Eldad, & Medad qui remanserant in castris, puer Iosue vaticinari conspexisset, Hæri quasi zelans gloriam, quem solum Prophetam haberi cuperet, inquit, *Domine mi Moyses prohibe eos!* Numerorum, cap. 11. vers. 23. Non acquieuit postulationi grauissimus legislator, imò velut increpans: *Quid, inquit, emularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus propheta, & det eis Dominus Spiritum suum? Quare tantopere anhelat Moyses prophetadi donum in pluribus distribui? Nonne*

73.  
Num. 11. v. 23.  
Quare Moyses prophetadi donum in plures distribui tantopere appetet.

insigne encomium si solus vaticinaretur? communia minoris sunt pretij; esto Moysi inde non modica gloria, verum Dei quem seipso plus Moyses diligebat, honor periclitabatur; Cum enim sapientissimus Gubernator existat, mirabile fuisset auarum in ceteros, vni tantum prophetiae concessisse gratiam, vnum aestimari, vnum praeferi; ne itaque de Numinis attenda prouidentia iactentur rumores, fidelis seruus desiderat donum ad plurimos extendi; Paulus Burgenfis in Additionibus ad dictum Numerorum caput; *Hoc loco valde commendanda est humilitas Moysi, qui potius voluisset vt sui coadiutores ei parificarentur in Spiritu prophetiae, quam quod essent sub ipso constituti; quasi dicat: vana est tua amulatio, ego potius vellem, quod non solum isti septuaginta prophetarent, sed omnis populus; & ultra hoc vellem, quod non prophetarent ex hoc, quod Deus accepit de Spiritu meo vt daret eis sicut modo fit, vt censentur minores; sed etiam vt haberent Spiritum propheticum à Deo immediate sibi datum; & hoc est quod dicit, vt det eis Deus Spiritum suum; quasi dicat, non meum, vel de me.*

Burgenfis.

74.

Reprehendebat de Eucharistia epulantes, quod Dominici conuiuij formam negligerent Apostolus 1. ad Corinth. cap. 11. vers. 20. *Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est dominicam cenam manducare; causam illicò suggerit vnusquisque enim suam cenam praesumit ad manducandum, & alius quidem esurit, alius ebrius est; Scilicet in Domini cenà distribuebatur hospitibus vniuersis; hinc autem omnia vnum genus hominum rapit, & ideò locupletibus superfluit ad ebrietatem vsque, egeni fame tabescunt; Theophylactus eximiè; *Dominicam hanc cenam effecistis priuatam, siquidem quamdiu fuerat communis, & Domini esse dicebatur sunt namque & seruis Dominorum bona communia; & quoniam vestri singuli preueniendo propriam cenam edunt, ita vt pauperes haudquaquam operiantur, sed seorsim soli cibum sumant, fœdastis profecto hanc cenam, quippe quam ex communi & Dominica priuatam fecistis; Significantissimè Theophylactus illud; *Siquidem quamdiu fuerat communis & Domini esse dicebatur; quasi vt primùm in singularem transit, & vnus sibi lauta omnia vendicare praesumpsit, tum nomen Dominici amiserit Symposij; Domini enim non est in vnum congerere vniuersa, sed partiri munera filijs, & bonis seruis.***

Corinth. 11. v. 20.

Theophyl.

SECTIO IX.

*Iniquum aequè est ac probrosum, cupere ex suffragata aliorum gloria splendescere.*

75.

Monstrauimus si vsipiam accidat, vt freuens tamen est, maximè in scriptoribus contingere vt plagiando ex indoctis quidam eruditi censei praesumant, dum sapientum lucubrationes sibi vendicant genuinis Parentum nominibus suppressis; Quacumque in re eueniat, indecorum est, hominesque subinnuit ambitione inflatos vanissima, quisquiliis mortalium; de stiruti quippe ornamentis omnibus ad famam

comparandam, alienis insidiantur meritis, & furto assequi nituntur quod virtute non possunt & claritudine; diffamatus est villicus apud herum, quod dissipasset bona ipsius Luc. capite decimo sexto vers. 1. quidnam dissipare bona? epulando, ludendo, musica, vestibis, meretricijs consumpsisse amoribus: at qualem in scopum? scilicet vt quod non erat putaretur; re ipsa quidam Homo tenuis, ruri educatus, plebeium caput, volebat autem de equestri & nobilium ordine haberi; cui enim in tam prophana & magnifica census nisi ex prima classe optimatum alicui? Hinc itaque commotus est Dominus vt ad rationem, & examèn vocaret; benè Chryso-  
 Chrysof.

Chrysof.

76.

Aëris cur mentio fieri ommissa, tot, tam varia recensente Moysè de caelo, terra, æquore? Quid enim aëre optabilius quàm respirat Homo? quàm nauigat? quàm refrigeratur? Sanè aër neque speciem, neque colorem, neque figuram propriam retinet, verum quibus coniungitur, eorum praefert imaginem; ergo alienis gloriatibus, qui peregrinis vestitur, ex alieno triumphat celsu, domesticis vacuus ornamentis; quæ igitur ambitiosè coli aliena ob spolia volebat, meritò fama illi denegatur, eiuque à Moysè ortus tacetur, quoniam deprædicari germanis carentem encomijs iniustum est: Gregorius Nyssenus acutissimè tractatu in Hexameron ante medium; *Quod quidem ille non facit, quod nihil ab mundi constitutionem aër conducit, aut quod seclusus sit ab elementorum potestate: sed quia fortasse natura molli, ac facile cedenti præditus, res omnes in se suscipit, easdemque præ se fert, cum nec colorem, proprium, nec figuram, nec speciem habeat, sed alienis & coloribus, & figuris informetur: nam & lucis splendidus sit fulgore, & tenebrarum interuentu niger & obscurus: per se enim nec splendidus, nec obscurus est, sed omni figura, omniumque colorum specie imbuitur: & ad omnium rerum, quas suscipit, motum se accommodat.*

Cur aëris mentio fieri ommissa à Moysè?

Nyssen.

77.

In Genealogia Saluatoris David semel, iterumque Rex nuncupatur, Salomon ne vna quidem vice: Ipse autem genuit David regem, David autem Rex Salomonem ex ea quæ fuit Virgo, Salomon autem genuit Roboam: Matth. cap. 1. vers. 3. Ecce bis nominatur David, & semper diadematus & sceptriger: ecce & bina de Salomone mentio verum absque regis titulis: an non amplissimum Salomonis imperium supra omnes qui præcesserunt Monarchas, supra subsequentes? nam dominabatur à mari vsque ad mare habens omnia regna à flumine terræ Philisthim vsque ad terminum Ægypti: quare igitur regia non insignitus appellatione? Auctor de Mirabilibus sacrae Scripturæ fatetur quidem paterna ditione maius fuisse imperium Salomonis, at omissum de corona sermonem, quia Salomon (inquit cap. 3.)

Matth. 1. v. 3. Cur in Genealogia Saluatoris, David Rex nuncupetur, non autem Salomon?

heredi



hereditario iure possedit regnum; At quid si iure  
 successione tantum? an non legitimus omnino  
 titulus? nonne ita plerique orbis Monarchæ Re-  
 ges fiunt? Sanè quancquam diuino oraculo trans-  
 lata ex domo Saulis in Iudæa tribum ad Dauidem  
 regnandi potestas, vt tamen actu & re ipsa ius da-  
 ret populis, & throno purpura ornatus sederet,  
 bello præliisque consequutus: itaque labor fuit  
 plurimus regnauisse vt scitè expendit Augusti-  
 nus in titulum Psalm. 51. *Cum ergo Dauid Deus  
 elegisset (ait) & prædestinasset ad regnum, noluit  
 & ipsum Dauid ante regnum tenere quam primò  
 à persequentibus liberaret; vt etiam in hoc figura-  
 ret nos, id est corpus eius, cuius corporis caput Chri-  
 stus; porrò enim si ipsum caput nostrum sine primo  
 peracto labore in terra, in cælo regnare noluit, ne-  
 que leuare sursum corpus, quod deorsum accepit  
 nisi per tribulationis viam: quid audent membra  
 sperare capite suo magis se posse esse felicia?* Hoc  
 ergo discrimen inter Salomonis & Dauidis reg-  
 num; quòd à Dauide parca gloria propriæ in-  
 dustriz opus extiterit; concessa maiestas Salo-  
 moni alienis debebatur sudoribus, nimirum pa-  
 ternis; Qui igitur de aliena splendescit diligen-  
 tia, in quam ipse laborando non contulerit, re-  
 gis specioso priuetur titulo; Qui autem suis me-  
 ritis solum conscendit non emendicatis externis  
 subsidiis, *his Rex nominetur*, quoniam in gemi-  
 natione, emphasis est magna; quo pacto bis fel-  
 licem appellamus eum, qui summè fortuna-  
 tus sit.

August.

78.

Reg. 4. c. 9.

Visitare in  
 Scripturis  
 idem quòd  
 supplicium  
 inferre.

Iustus à Domino Helisæus Iehu filium Namsi  
 Regem vngere super Israël Reg. 3. cap. 19.  
 vers. 16. at quem in finem? videlicet, vt illatam  
 iusto Naboth crudelem necè ab Achab, Iezabe-  
 le coniuge instigante vlcisceretur, quod Reg. 4.  
 cap. 9. fusè declaratum: petegit strenuè Iehu, vi-  
 sumque Numen omninò approbare; nam in-  
 quit ibidem cap. 10. vers. 30. *Quia studiosè egisti  
 quod rectum erat, & placebat in oculis meis, &  
 omnia qua erant in corde meo fecisti contra domum  
 Achab, filij tui vsque ad quartam generationem  
 sedebunt super thronum Israël; bene ista omnia;  
 sed ecce nodus magnus apud Osæam cap. 1.  
 vers. 4. & visitabo sanguinem Iezabel super do-  
 mum Iehu, & quiescere faciam regnum domus  
 Israël: Visitabo, hoc est puniam, visitare nam-  
 que Scripturarum phrasi, idem quod supplicium,  
 & tribulationem inferre; sed quomodo inflictu-  
 rum se mala denunciat ob sanguinem effusum in  
 agro Iezabel? nonne enim hic cruor eorum, qui  
 de domo Achab, illis enim in aruis canes co-  
 mederunt carnes Iezabel mulierum nequissimæ?  
 Verùm hoc factum à Numine collaudari paulò  
 antea perspeximus: non autem laudandò appro-  
 basset vituperatione & supplicio dignum magis;  
 germaniorem huius quaestionis concordiam  
 de idololatriæ fortasse pœna, quam Iehu non  
 sustulerat, lege apud Cyrillum Alexandrinum  
 in Osæam, & de recentioribus nostrum A lapi-  
 de; nunc morem geramus Ruperti cogitationi,  
 quam amplexari Vatablus & Antonius Fernan-  
 dez super hac visione Osææ; putant igitur Iehu  
 contra Achabi stirpem sæuissè specie quidem  
 solum diuini honoris, & obedientiz iustorum  
 caelestium: at reuera ambitione & cupiditate re-  
 gni: oppalliabatur itaque Religionis titulo im-  
 perandi latens ardor: Quoniam igitur ausus est  
 velut ex ea super bire gloria, quæ non compete-  
 bat, & pietatem facere, Deique honoris zelum,*

dominandi humanam libidinem, denique quo  
 carebat suffurari encomium; propterea vitio de-  
 putatum quod ab eo gestum: quia et si substantia  
 non errauit præcepti, circumstantia tamen laudem  
 commaculauit desiderij regnatus: *Quia Iehu  
 (inquit Rupertus) non veraciter zelo Dei paruit:  
 sed propriæ cupiditati vt regnaret, seruiuit: rectè  
 ipse reputatur inter interfectores Naboth.*

Iehu nõ ve-  
 raciter zelo  
 Dei, sed pro-  
 prie cupidi-  
 tatis paruit.  
 Rupert.

Exasperatur contra Eliam Achab, & dicit illi:  
*Tu ne es, qui conturbas Israël?* Reg. 3. cap. 18. v. 18.  
 vide quàm animosè tyranno Propheta responde-  
 rit: *Non ego turbauis Israël, sed Tu & domus patris  
 tui, qui dereliquisti mandata Domini, &c. nescio  
 qua maiori fiducia cum plebeio quouis sermo-  
 cinaretur Vates: an later Regem esse? quòd si  
 suprema fungi potestate satis cognitum est, cur  
 non formidat & reueretur? Chrysoptom. hom. 8.  
 ad populum ait: quasi scenicum & theatralium  
 Regem à se conspectum putasse Heliam, idèd  
 tanquam vulgari cum homine seuerius loquu-  
 tum: prodit quidem in scenam ex Tragicis quis-  
 piam, virga, diademate, & purpura insignitus: ne-  
 mo ex spectatoribus confurgit, nemo poplitem  
 inflectit, & adorat: nempè sciunt laruam esse at-  
 que fictionem solum, abscondi externis sub notis  
 ne mediocriter nobilem aliquem: itaque despi-  
 ciunt usurpatos honores sine iure & titulo aliquo,  
 iam verò Achab licet dominatu, fastuque Rex,  
 sed non regius ornatus in amictu solum, in pala-  
 tio, & satellitibus, verùm in clementia, & iustate,  
 cæterisque virtutibus: quibus cum careret, tigride  
 inhumanior redditus, & sanctorum persecutor  
 factus, arbitratus est imperij repræsentationem  
 ementitam: aspernatus est proinde velut in eis  
 gloriantem, quæ propria non erant, & aliena at-  
 que indebita affectantem: *Non spectabat diade-  
 ma (inquit præfata hom. Chrysoptomus) & exte-  
 riorem Regis apparentiam, sed animam sordibus in-  
 dutam, squalentem: & ipsum intuitus captiuum esse  
 & vitiorum seruum, ipsius principatum contempsit:  
 etenim tanquam in scena, sed non in veritate Regem  
 sibi cernere videbatur.**

79.  
 Reg. 3. 18.  
 v. 18.

Chry ost.

80.

Latere voluit diuinitas, neque splendide tamen  
 occultatur, sed semetipsum exinanit formam serui  
 accipiens in similitudinem hominum factus, & habi-  
 tu inuenus vt homo, ad Philip. c. 2. v. 7. hoc vt do-  
 ceret Apostolus, præmisit de Christo, qui cum in  
 forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se  
 æqualem Deo, &c. quibus verbis insinuauit, abs-  
 condi sub lineamētis humanis infinitam Deitatis  
 maiestatem: quorsum præoccupat ita aduertere?  
 Scilicet ne quis videns Iesum cum aliena forma  
 suspicaretur ex non propriis voluisse fulgere: mo-  
 net igitur Paulus externam figuram humilitatis  
 esse atque miseriarum intus omnium præstantis-  
 simarum dotum thesaurum inæstimabilem: pu-  
 dor igitur non est foras apparere humilem eum  
 qui nobilissimus, splendidissimusque re ipsa sit:  
 imò commendatio est maxima voluisse sponte  
 deprimi: nam singulariter Plinius in Traiani  
 laudatione: cui ad augendum fastigium nihil sus-  
 perest, hic vno modo crescere potest, si se ipse submit-  
 rat securus magnitudinis suæ: neque enim ab illo pe-  
 riculo fortuna Principum longius abest, quàm ab hu-  
 militate: Quandonam itaque rubor & verecundia  
 est alienæ figuræ assumptio? nimirum, cum vilis  
 & obscurus quispiam est, & vt gloriosus appa-  
 reat, externis induitur: tunc enim fraude detecta,  
 magis quam vnquam antea contemnitur, vt qui  
 cum plebeius esset, ex aliorum spoliis nobilis  
 censeri

Philip. c. 2.  
 v. 7.

Suississu ab-  
 negatio spor-  
 tanea, est  
 maxima em-  
 mendatio.  
 Plin.

cenferi tentauerit; aliter *Non rapinam arbitratus est*, &c. Suppono autem cum non paucis, Apostolum loqui de adoratione Seruatoris vbi- que communibus rationalium plausibus vt in nomine Iesv omne genuflectatur cœlestium, terrestrium & infernorum; Quam tantam celebritatem sudoribus & Cruce assequutus sit; modò etiam illorum sententiæ adhaerendum, qui *rapina* vocabulo denotari arbitrantur, non quod Marte & industria adquisierit aliquis, sed quod ex alienis diuitiis contigerit, vt cum Principum liberalitate dona in theatris spargebantur in plebem; & auro argento, veste quis præter omnem expectationem casu repente locuples factus sit; asserit ergo, quam Christus gloriam adeptus sit *rapina* haud similem existimandam, hoc enim esset Christum diuitem redditum cogitasse ab aliena pompa; & licet in rapinæ dicta significatione nihil iniustum, quòd possessor non sit inuitus; Iesv tamen quasi generositate repugnat gloriosum prædicari ab alieno splendore, qui non merito & sudoribus, sed externæ debetur munificentia; hinc ad Pauli sententiam colludens Isidorus Pelusiotta lib. 3. epist. 322. *Id quod cum laboribus, ac sudoribus paratum est, quamuis alioquin exiguum sit, iucundius, ac suauius existit, quod autem casu, ac sponte contigit, etiam si magnum sit, in contemptum facile venit.*

Prisca Principum in plebem liberalitas.

Pelusiotta.

81.


Obiturus Ioseph seridò domesticos commen-

dauit, cum ex Ægypto ascenderent, ossa eius secum vt asportarent, nec inter Ægyptios quoquo modo relinquerent Genes. cap. 50. vers. 24. quam ob rationem tam enixè suos deprecatus sit aliam in regionem transferrent? Mos erant Ægyptiis, quemadmodum & aliarum Prouinciarum mortalibus, viros præstantiores, à quibus eximia in Rempublicam beneficia, apothesi post fatum donare, & inter numina cœlestia computare; cum igitur Iosephi summa industria Ægyptij fame per septennium liberati, prælagiebat tantam in dementia prolapsuros, diuinos vt honores creaturæ tribuere non vererentur; hanc igitur vt gloriam subterfugeret vir iustissimus, præcepit ossa asportari: quid enim sineret Ioseph mendacio seculi; surripi Deo pateretur venerationem? extinctis immeritis frueretur honoribus qui viuus nunquam admisit nisi quod promereretur? Auctor de Mirabilibus sacrae Scripturæ lib. 1. cap. 15. *Ioseph ergo vt vir propheticus prauidit quòd Ægyptiorum gens idololatriæ dedita, ipsum qui de famis periculo eos liberasset aliquando adorare vellent, quod & fecerunt: nam bouis simulachrum iuxta sepulchrum Ioseph, eò quòd Bos viro in agriculturam cooperatur, posuerunt: Ne ergo Ioseph Ægyptiorum succumberet idololatriæ, profectioem filiorum Israël prauidens dixit: visitabit vos Deus, & efferte ossa mea hinc vobiscum.*

Ægyptiorum mos, viros insignes, post fatum inter Deos computare.

Ioseph Patriarcha respuit diuinos honores.

Auctor de mirab. sacrae Scripturæ.



PERORATIO AD VIRGINEM

Deiparentem.



ED unde orsa est Oratio mea, (ethologicam significo, & quæ mysticis immo-  
rata est considerationibus,) illuc reuertatur; Nunc vltimum te salutat calamus  
Cœlorum Regina multum inclyta; à te principium, tibi desinit, apud te  
requiescit: Deui ob plurima fecisse; Memini Apollonium lib. 6. cap. 6. referre de primo Phœbi templo, constructum exiguum fanum, apibus ceram quasi glu-  
tinum, volucibus plumas congerentibus; Indicarunt faceto commento Poëtæ, & fa-  
bularum structores, studiorum adiumenta, ceram de qua lucerna, qua noctem fallunt  
eruditi; plumas è quibus Notariorum calami, qui scribunt & exarant, quorum beneficio  
viuit in ætates fragile verbum, Apollini Musarum Deo, tanquam vectigal speciali iure  
obæratum, pendit oportere; Cui enim inter Cœlites potius? Imò cui sine Apollinis in-  
iuria? Habeat sagittas, & gladium, & loriam & cassidem, & tubas Mars inexorabilis;  
suspendantur Triptolemo vomer, & ligo, & trulla; dedentur Baccho falces, & graue  
in torcularibus lignum; sed Phœbo tantum lucerna, & calamus: O tibi hæc foliola ru-  
dis ingenij monumenta, has scedas lituris passim obsignatas, Virgo intemerata; Tu  
scientias regere, tu promouere iussa, tibi doctrinarum Præsidi eruditionis quæcunque  
hæc pignora; Quid? Nunquid aberrauimus? Certè & ex doctrinæ symbolis Filius tibi  
vestem decoris fabricauit in die lætitiæ cordis tui postquam in Olympum transumpta  
es; nam attollens oculos Ioannes, & amictus pulchritudine conterritus erupit in lauda-  
tionis vocem, Apocal. cap. 12. *Signum magnum apparuit in celo; mulier amicta Sole, & Luna sub  
pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim;* Superuacaneum est probasse. Solem &  
Dianam ingeniorum characteres esse, quando Phœbus Musarum Pater, eiusque soror  
eadem quæ Minerua; At certè & Daniel de astris, & cœlorum ambitu; *Qui autem docti  
fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stella in per-  
petuas æternitates.* cap. 12. vers. 3. Quoniam igitur per te splenduerunt artium, atque di-  
sciplinarum Coryphæi, & quencunque varia cognitio erudiuit, te iidem in supernis  
morantem circundant, tuum coronant verticem, ad tuas obuoluuntur plantas; &  
quemadmodum Phœbo de volucrum, de apicularum donis cella confecta est, quia  
munera illa sapientiæ deseruirent, quæ ab Apolline natiuitatem traxit; sic tibi de  
scientiarum Principibus tiara, tibi stola, tibi calceamenta conflata: Tibi Paulus neuit,  
tibi Ioannes, tibi Marcus; te vestit Augustinus, te Hieronymus, te Thomas, & omnis  
nitidioris Scholæ medulla; patere inter aurata fila, vt & hoc nostrum leuidense stamen  
angulum occupet aliquem; subeant inter magnificas oblationes auri, argenti, hyacin-  
ti, purpuræ, bissi, de quibus & Tabernaculum Domini, & Sacerdos eius cooperien-  
dus, porrecti caprarum pili, Exod. cap. 35. vers. 6. neque despecti; sint nostra vel de  
cilicinis sagis; numerentur inter postrema; tantum non à te reiciantur; in hoc con-  
cupiscit, & deficit anima nostra.

Sed quod apud te mansionem faceremus post diei & ætus pondus, incitauit quoque  
magni Creatoris exemplum; Quis ille dies, quem sanctificauit, in quo feriatu est ab  
omni opere, quod patrarat, nisi tu? Et benè quidem in diebus aliis vesperæ, atque matu-  
tinarum horarum fit mentio; in Sabbatho illo magno nihil crepusculosum, nihil aut  
de nocte exoriens, aut in occasum properans, totum conspicuum atque radiosum est;  
quæ est ista lux tam grandis tenebrarum nescia, nisi tu scientiarum perfectissima Ma-  
gistra, in qua nullus error, nullæ ignorationis vmbre, quantum puræ creaturæ suffert  
capacitas? In te igitur, quam Sabbathum præfigurabat, requieuit Numen post absolu-  
tum mundi opificium desertis Angelis, atque hominibus, cæteraque fabrica sua; Dicat  
ex familiaribus, & Mystis tuis Cardinalis Damianus serm. de Annunciatione; *Cum enim  
fecerit Deus omnia opera sua valde bona, hoc melius fecit, consecrans sibi in ea reclinatorium aureum,  
in qua sola post tumultus angelorum, & hominum reclinaret, & requiem inueniret;* Quod igitur  
sibi Creator non fessus solatium amauit post Hexameri operationem, hoc ego citò las-  
fatus in ipso vigiliarum limine dilexi, sperans sub vmbra illius, quam desideraueram,  
sic recreatas iri vires, vt quanquam per vastam Epithalamij planitiem quadraginta die-  
bus, & quadraginta noctibus currendum sit, in fortitudine solatij huius ambulemus  
hilares, & perueniamus ad montem Dei Horeb, montes illos certè aromatum, ad  
quos

82.

Apollon.  
Phæbo tē-  
plum apes  
struxere.  
& volucres

MARIÆ  
vestis ex  
doctrina  
symbolis.  
Apoc. 12.

Dan. 12.

Exod. 35.

83.

MARIÆ  
dulcis ac-  
quiescendi  
locus.

Damian.

quos vt ascendat, caprea, hinnulôque ceruorum assimilatus sponsus, dilecta hortatur sub exitu Hymenæi.

84. Fuit & occasio, vt sub finem lucubrationum potiùs, quando pausandum erat, dedicationem facerem; quoniam tali Reginæ optima deferenda erant; Didici à S. Abele! Optimum autem id est, vbi requiescit laborans; Quis Rex dierum in illo primordiali septiduo? num quando cetera grandia creata sunt, vel cum terra germinare iussa, aut cœli ornati sunt? vel tum quidem, cum sublime animal homo productus, de limo? Vicit sanè omnium horum gloriam dies ille sanctificatus, in quo vacauit Omnipotens à factura manuum suarum; hic ille inter dies antesignanus, hic festorum principium, hic temporum corona, hic denique Sabbathum Sabbathorum; Splendidè August. lib. 4. de Genesi ad literam, cap. 14. *Deus, nec cum creauit, defessus est; nec cum cessauit, refectus; sed nos voluit per Scripturam suam ad quietis exhortari desiderium; intimando nobis, eum diem se sanctificasse, in quo quiescit ab omnibus operibus suis, tanquam & apud ipsum, qui nihil in opere suo laborat, plus quies, quam operatio valeat;* Quando igitur id præstantius sit, quod metam adfert laboribus; afferat autem quietem vltima periodus; hanc tibi consecrare particulam, *Mater Creatoris*, decebat, cum tuis altaribus apponere nisi quod optimum sit, reuerentia vetat.

August.

85. At dubitarem te & quidem *in finem* qui amoris probator est, Patronam adsciscere, cum tu Doctorem lucubrationibus tantum deferas, vt super caput imponas; *Et in capite eius corona stellarum duodecim*, ait Ioannes Apocal. cap. 12. Ecce iacet Ecclesia, quam Luna repræsentat, sub pedibus; & stellæ, qui Doctores sunt, verticem occupant; Sed vnde scierit astris cingi frontem Euangelista, cum fateatur Sole amictam esse mulierem? neque enim coram Phœbo sydera apparent, aut dignoscuntur? Nimirum id consequuntur eruditi, vt si ad *MARIAM* accedant, geminetur splendor ipsorum, tantumque fulgeant, quantum nec Apollo, cum ardentissimus est, obscurare valeat; Certè gloriosa conspiceretur *MARIA* absque Scriptoribus, illorum sine ea diminuta fuisset claritas; si tamen claritas, & non magis caligo & horror: Venustè Bernardus serm. 2. de Natiuitate Virginis, ad nominata Apocalypseos verba; *Dignum planè stellis coronari caput, quod & ipsis longè clariùs micans, ornet eas potiùs, quam ornetur ab eis;* Stellarum fortuna est, quod vertici incumbant sacro; manebat formosum caput quanquam desint; illæ squalidæ & deformes; nempe, ornat eas potiùs, quam ornetur ab eis; ergo non te quærimus sed nos, *o celsa Parens*, dum pro te, atque ad te scribimus: trahit nos post te non odor vnguentorum tuorum, sed emolumentum nostri; suffers tamen atque dissimulas mitis & clemens Domina; & quasi purissimus, atque omnis lucri contemptor esset affectus noster pretiosissimo throno reponens stellas, ingenij scilicet monumeta; nimirum fronte, & temporibus.

Doctorem  
piorum lucubrationes  
quæri *MARIA* faciat?  
Apoc. 12.

Bernard.  
*Qui de MARIAM suis in hoc commodis prospiciunt specialiter.*

86. Taceo beneficia; tam enim liberalis es vt & me etiam tua comprehendat munificentia; Non erit superba hæc gloriatio, de qua & malis iactari liceat; *Quemadmodum enim Sol iste* (loquitur Bern. serm. de verbis Apocalypsis, *Signum magnum, &c.*) *super bonos, & malos oritur indifferens; sic ipsa quoque præterita non discutit merita; sed omnibus se exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium denique necessitates amplissimo quodam miseratur affectu;* Et quidem per omnem vitam tua in nos largitas; specialiter tamen viginti, quibus hunc primum studiorum parturimus foetum, mensibus; nam deerant vniuersa ferè, quæ solatium afferre consueuerant, & imprimis otium atque Bibliotheca, quæ prompta & ad manum; Superauit, quod impossibile videbatur te propitiante, labor, si non felix, contumax sanè; vtinam Filij tui honoribus subseruiens, tuis, Ecclesiæ sanctæ; O præmij nimium! ô meliori referuandam calamo ter beatam sortem! Tu meus subsiste, & circum-

Bernard.

Bernard.

quaque diffusum orbem modò contingat in omnem oram penetrare, Bernardi similibus extremum alloquere verbis, quibus ille ad calcem homiliarum super *Missus est; Propylum Cantici Canticorum Salomonis efformauit, sicut potui; nec ignoro, quod non omnibus placebit; sed scio me ob hanc rem multorum fore indignationi obnoxium, & aut iudicabor superfluum, aut præsumptor, quod, videlicet, post Patres, qui hunc ipsum locum plenissimè exposuerunt, rursus in eodem nouus Expositor ausus fuerim mittere manum; Sed si quid dictum est post Patres, quod non sit contra Patres; nec Patribus arbitror, nec cuiquam displicere debere; vbi autem dixi, quod à Patribus accepi, dum sic absit typus præsumptionis, vt non desit fructus deuotionis, patienter audiant de superfluitate causantes; si verò peccaui, quod propriam magis ex hoc excitavi deuotionem, quam communem quaeserim utilitatem; potens erit pia Virgo apud suum misericordem Filium, hoc meum excusare peccatum; cui hoc meum qualecunque Opusculum deuotissimè destinavi.*

OMNIA SACROSANCTÆ MATRIS ECCLESIAE  
correctiōni substernimus.

INDEX



# I N D E X

## R E R U M E T V E R B O R U M

quæ in hoc Anteloquiorum Vo-  
lumine continentur.

*A, designat Anteloquium. N, numerum marginalem. Sequentium vero numerorum prior paginam, posterior columnam demonstrat.*

### A

#### *Aaron.*

**A**ronis filij diuino igne consumpti, cur non alio supplicio. a. 2. n. 97. pag. 69. col. 2

#### *Abel.*

Abel minus laborans quam Cain, ipsi prælatus est, quamobrem. a. 2. n. 37. 66. 1  
Abel fide ac deuotione maior quam Cain. ibid.

#### *Abraham.*

Abraham filium immolaturus cur de nocte itineri se commisit. a. 4. n. 27. 135. 1  
Abraham animas fecisse dicitur, quod eas ad imaginem Dei restituerit. a. 6. n. 123. 300. 1  
Abrahamo exilium à patria indicit Deus ne ipsius ad superna cursus à consanguineis retardetur. a. 4. n. 33. 137. 2

#### *Abisag.*

Abisag Sunamitis historia num fabulosa. anteloq. 1. num. 13. 5. 1

#### *Abnegatio sui ipsius.*

Abnegatio spontanea, est sui ipsius maxima commendatio. a. 12. n. 80. 573. 2

#### *Abstractum.*

Abstractorum nominum usus, ad summum aliquid significandum. a. 2. n. 46. 51. 2

#### *Academia.*

Academiarum foundationes. a. 3. n. 60. 85. 1  
Academia Hierosolymitana extra muros. a. 9. n. 20. 454. 1

Academia in valle Mambre. ibid.

#### *Adamas.*

Adamantis durissima natura. a. 8. n. 88. 419. 2

#### *Adam.*

Adæ in uxorem culpam reiicientis crudelitas. ant. 2. num. 77. 63. 2  
Adam quasi per peccatum in feram mutatus, pelibus tegitur. anteloq. 6. num. 117. 298. 2  
Adam cur prius dormierit, quam quid aliud fecerit. a. 6. n. 106. 294. 2

*Sherlogi Anteloq. in Cant.*

### *Adolescentia.*

Adolescentes Virginibus mixti cantabant in nuptiis. a. 5. n. 36. 197. 2  
Adolescentum quot ordines canerent, & tædis antirent. a. 5. n. 36. 197. 2  
Adolescentularum vocabulo quid significetur in Cantico Salomonis. a. 5. n. 20. 189. 1  
Adolescentulæ in nuptiis, quæ venationem exercebant & Palæstræ Ludos. a. 5. n. 27. 193. 1  
Adolescentulæ in Cantico quid mysticè indicent. a. 5. num. 29. 193. 2

### *Adulterium.*

Adulterij pœna apud Iudæos. a. 3. n. 27. 76. 1

### *Ætas.*

Ætati non plus deferendum quam virtuti. a. 8. n. 12. 391. 1.  
Ætate solùm, absque rerum gestarum gloria fundata auctoritas, inanis reputanda. ant. 10. n. 98. 521. 1

### *Ægyptus.*

Ægypti in frumentis copia. a. 5. n. 68. 215. 2  
Ægyptus doctissima. a. 5. n. 113. 240. 1  
Ægyptus quam vilia Numina coleret. ibid.  
Ægyptus vix hyemem experitur. anteloq. 5. n. 59. 210. 2  
Exitus de Ægypto, Religiosæ professionis symbolum. a. 2. n. 83. 65. 1  
Ægypti incolæ vnde diuitiarum contemptum didicerint. a. 6. n. 105. 294. 2

### *Ægyptij.*

Ægyptiorum mos, viros insignes post fatum inter Deos computare. a. 12. n. 81. 574. 2  
Ægyptij quantum oderant Deum Hebræorum. a. 2. num. 78. 63. 2  
Ægyptij ante finem Maij triticum deiiciunt. ant. 5. num. 52. 205. 2  
Ægyptiorum primogeniti cur nocte interempti. a. 6. n. 84. 286. 2  
Ægyptij vt sibi, pecoribusque consulunt Nilo exundante. a. 5. n. 69. 216. 1

Ccc Ægyptij

# INDEX RERVM

- Ægyptij vt cadaueribus defunctorum prospiciunt  
 ob diluuiã. a. 5. n. 69. 216. 2  
 Ægyptij corpora non comburunt, sed aromatibus  
 condiunt. a. 11. n. 43. 542. 1  
*Affectus.*  
 Affectus voluntatis si nimij & vehementes fuerint  
 iudicij & rationis aciem obcæcant. a. 2. n. 73. 62. 1  
*Africa.*  
 In Africa fructus omnes præcoces & citi. a. 5. n. 49.  
 204. 1  
*Allegoria.*  
 Allegoria quantam venustatem conferat litteræ. ant.  
 1. num. 20. 8. 1  
 Ab Allegoria ad claram locutionem Scriptura ino-  
 pinatò transit: & è contra. ibid.  
 Allegoriæ præclarus vsus apud Oratores & Poëtas.  
 a. 1. n. 20. 7. 2  
 Allegoria vt firma sit littera fundari debet. a. 1. n. 71.  
 28. 2  
 Allegoria per familiaris primis Cænobitis. a. 1. n. 35.  
 14. 1  
 In Allegoria Sectanda Veteres fuisse frequentiores  
 quàm nuperi interpretes. anteloq. 3. num. 134.  
 109. 1  
 Allegoriam nonnumquam Scriptores prolongant  
 ex continuata metaphora. a. 11. n. 46. 543. 2  
*Alphonfus Tostatus.*  
 Alphonfus Tostatus, ob mentis fæcunditatem com-  
 mendatus. a. 1. n. 5. 527. 1  
*Amalec.*  
 Amalec interpretatur gens bruta. ant. 4. num. 64.  
 153. 1  
 Amalec carnem denotat quæ aduersus Spiritum col-  
 luctatur. ibid.  
*Amicitia.*  
 Amicitia particularis summum periculum. a. 12.  
 num. 68. 570. 2  
 Amicitia sincerissima ea, quæ absente sodali fidem  
 seruat. a. 6. n. 69. 282. 1  
*Amicus.*  
 Amicorum variæ classes apud præcos Monarchas.  
 a. 5. n. 33. 195. 2  
 Amicus Princeps Sponsi, qui & Symposiarcha, cur  
 staret. a. 5. n. 31. 194. 2  
 Amicus Princeps Monarchæ, secundus post ipsum.  
 a. 5. n. 31. 195. 1  
 Amicus idem qui commensalis & epularum socius.  
 a. 5. n. 32. 195. 1  
 Amici infimi quinam. a. 5. n. 33. 195. 1  
 Amici primi ordinis ad quotidianas epulas admitte-  
 bantur. a. 5. n. 33. 196. 1  
 Amicis infimis nihil clausum. anteloq. 4. num. 43.  
 141. 2  
 Amici vt vnum esse dicantur. a. 6. n. 70. 282. 2  
*Amans.*  
 Amantium vita laboriosa. 3. n. 129. 107. 1  
 Amantium vita, militiæ species. ibid.  
*Amor.*  
 Amor libidinosus quàm sit pestilens. ant. 1. num. 9.  
 3. 2  
 Amor libidinosus nihil excelsum meditari finit.  
 ibid.  
 Amor libidinosi cantilenæ, per Amoris diuini  
 Carmen extrusæ. a. 1. n. 16. 6. 1  
 Amor non est sui compos. a. 1. n. 78. 31. 1  
 Amor diligentem in amatum trasmutat. ant. 2. n. 4.  
 33. 2  
 Amor ægrè fert dilecti absentiã. anteloq. 2. n. 8.  
 35. 2
- Amoris effigies prope Sponsam in curru geniali. ant.  
 5. n. 28. 193. 2  
 Nihil tam elegans apud profanos Scriptores de  
 amoris natura, affectibusque reperiri, quod mul-  
 tò dulcius, subtilius, elegantius non tradant  
 sacræ paginæ. a. 1. n. 15. 5. 2  
*Angeli.*  
 Angelorum creationem cur Moyses siluerit. ant. 3.  
 num. 142. 112. 1  
 An de Angelorum Creatione mentio in Scriptura  
 ibid.  
 Sententia de Angelorum creatione ante conditum  
 orbem à Scholis explosa. ibid.  
 Angeli qualem de Incarnatione ab initio habuere  
 scientiam. a. 4. n. 94. 169. 2  
 Angelorum ex supremo ordine num aliqui mittan-  
 tur. a. 6. n. 187. 323. 1  
 Angelorum in die Iudicij stupor. ant. 4. num. 47.  
 144. 1  
*Animal.*  
 Animalia bruta etiam vtuntur magisterio, & du-  
 ctiores suos sequuntur. a. 4. n. 75. 158. 2  
*Annus.*  
 Annus duplex apud Hebræos. a. 5. n. 52. 205. 2  
 Anni Sabbatici & Iubilei exordium, num Aucum-  
 no aut Vere. a. 5. n. 52. 206. 1  
 Annus sæcularis ex fastis Hebræorum abolitus. a.  
 5. n. 52. 206. 1  
 Anni varia distributio apud nationes. ant. 5. num. 58.  
 209. 2  
*Annulus.*  
 Annulus, restitutæ filio iuniori veteris gratiæ pi-  
 gnus. ant. 4. n. 44. 142. 2  
 Annulos signatorios iis tantum committere soliti  
 Reges quos præ cæteris diligebant & honorabant.  
 ibid.  
 Annulum ad Sponsam mittere soli Sponso licebat.  
 ibid. 143. 1  
*Antichristus.*  
 Antichristi quanta sæuitia. a. 3. n. 68. 87. 1  
 Aduersus Antichristum quibus armis instructa Ec-  
 clesia. a. 3. n. 69. 87. 1  
*Antiquitas.*  
 Antiquitatis iusta æstimatio, rationis viribus fulciri  
 debet. a. 3. n. 153. 118. 1  
 Antiquæ opinionés aliquando nouæ fuerunt. ibid.  
 Antiquorum inuenta quantum per nos accrescere  
 debent. a. 3. n. 155. 119. 1  
 Antiquitati quantum deferendum. ant. 3. num. 160.  
 123. 1  
 Antiquitas venerabilis ea est quæ aut sanctitate ful-  
 get aut in doctrina, rationis nititur fulcro. ant. 3.  
 num. 161. 123. 2  
 S. Antonij Monachismus, sub Constatino Imp.  
 a. 3. n. 49. 81. 2  
*Apocalypsis.*  
 Apocalypseos nodi summi. anteloq. 9. num. 41.  
 462. 2  
*Apostoli.*  
 Apostolis in Scientia nulli Doctores conferendi. a.  
 3. n. 148. 115. 1  
 Apostolorum prærogatiua vt de nulla eorum sen-  
 tentia liceat dubitare. a. 3. n. 149. 116. 1  
 Apostoli ad prædicandum mittuntur. a. 3. num. 41.  
 79. 2  
 Apostolos quasi fortes & strenuos periculis & labo-  
 ribus obiectat Christus. a. 4. n. 49. 145. 1  
 Apostoli neque Euangelistæ sensu accommodatio  
 vsi. a. 11. n. 35. 538. 2  
 Apostoli

# ET VERBORVM.

Apostoli cur nonnunquam feueri extiterint, cum Christus in omnibus fuerit adeo maufactus. a. 4. n. 102. 173.1

Apostolorum discipuli ipsorum nomine non sunt appellati. a. 6. n. 55. 277.2

*Aqua.*

Aquas præ elementis omnibus cur Spiritus sanctus adamauerit. a. 4. n. 12. 130.1

Aqua pretio comparata in Palæstina. ant. 4. num. 91. 167.2

*Aquila.*

Aquilæ quomodo pullos volare instruant. a. 4. n. 64. 153.1

Aquilarum de pullis ad Solem experimentum. a. 8. n. 13. 391.1

*Arbor.*

Arborum insitio vt fiat. a. 8. n. 134. 436.2

*Arianismus.*

Arianismus hæresis omnium infestissima. ant. 3. n. 52. 82.1

Arianismus hæresum initium, quo pacto? ibid.

*Astra.*

Astra à Sole splendorem mutuuntur. ant. 4. num. 56. 148.2

*Athleta.*

Athletarum quantus labor, quanta abstinentia? a. 2. n. 51. 53.1

*Auctoritas.*

Auctoritati cuiuscunque Doctoris particularis minus innitendum quam rationi. antel. 3. num. 156. 121.1

Eisdem Auctoritates sæpe transcribunt eximij quique Doctores. a. 11. n. 12. 530.1

*Auctor.*

Auctor libri quis censendus. a. 7. n. 29. 344.1

*Augustinus.*

Augustinus solis canonicis libris desert vt in nullo errauerint. a. 3. n. 149. 115.2

Augustinus non rarò priora retractauit. ant. 3. n. 149. 116.1

Augustini encomium. a. 3. n. 154. 120.1

*Aula.*

Aulæ & Regum Palatio exturbantur boni. a. 8. n. 19. 393.2

Aulæ periculum. a. 2. n. 11. 37.1

Aulas Regum adituro, duplex Eliæ spiritus quam necessarius. a. 6. n. 98. 291.2

**B**

*Baal.*

Baal an Solem denotaret? anteloq. 5. num. 92. 229.2

Baal nomen commune omnibus Diis, idem significat quod Dominus. ibid.

*Bacchus.*

Bacchus vinearum præses, quænam eius insignia? a. 5. n. 112. 240.1

Bacchus & Priapus iisdem cæremoniis à prisicis venerati. a. 5. n. 114. 240.2

Bacchus absque vestibus pictus, quòd vinum secretissima manifestet. a. 5. n. 114. 241.1

Bacchum Phœnices coluere. ant. 5. n. 115. 241.1

*Bacchanalia.*

Bacchanaliorum diebus, ab exprompta Eucharistia suis armis confossus, & iugulatus Diabolus. ant. 8. n. 130. 435.1

*Balsamum.*

Balsami variæ species. anteloquio 2. num. 59. 56.1

*Sherlogi Anteloq. in Cant.*

*Basilus Legionensis.*

Basilij Legionensis in approbandis Trullani Conciliabuli Canonibus opinio excussa. ant. 5. n. 186. 17.2

*Beatitudo.*

Beatorum gloria declaratu impossibilis in hac vita. a. 3. n. 131. 108.1

Beati vt videant Dei attributa in Verbo? a. 3. n. 143. 113.1

*Beda.*

Beda ex Augustini voluminibus ferè totius Scripturæ explanationem collegit. a. 11. n. 3. 526.2

*Beneficium.*

Beneficiorum recompensatio celer esse debet. ant. 2. n. 55. 54.2

Ad Beneficia præstanda festinandum; secus ad vindictam, malumque quoduis inferendum. ant. 4. n. 97. 171.1

Beneficia Dei & creaturarum longè diuersa. antel. 6. n. 61. 280.1

Beneficia omnia non in vnum congerenda. ant. 12. n. 68. 570.2

*Bestia.*

Bestiæ in hominem peccato maculatum insurgunt, quia iam cum non agnoscunt. anteloq. 6. n. 116. 298.2

*Bethsabea.*

Bethsabea formosissima. a. 7. n. 15. 338.1

Bethsabea Dauidis primaria vxor. ibid.

*Blasphemia.*

Blasphemi vt puniantur à Deo. anteloq. 2. num. 90. 67.2

*Bitumen.*

Bituminis contra aquas robur. anteloq. 5. num. 69. 216.1

*Boni.*

Boni proximorum pulchra detegunt, vitiosa occultant, mali è diuerso. a. 12. n. 20. 555.1

*Breuitas.*

Breuitas in scribendo quæ vitiosa? antel. 1. num. 9. 529.1

**C**

*Cain.*

Cain ad leuissima quæque pauescens post peccatum. a. 4. n. 66. 153.2

Cain, roboris vitiumque amissione punitus, quamobrem? ibid.

Caini grauissima pœna exulare à parentibus. ant. 4. n. 117. 177.2

Cain dirtiori maledictione percussus quam Adam, licèt Adam fuerit culpator. anteloq. 4. num. 40. 140.2

Cain quasi in belluam versus, post peccatum in terram vultum deprimat, & in deserta relegatur. a. 6. n. 118. 299.1

*Cælum.*

Cælo tantum integrè gaudere datum. ant. 2. n. 57. 55.2

Cælestis & humanæ gloriæ ac voluptatis differentia. a. 2. n. 63. 58.1

Cælestia æqualia & constantia sunt, humana autem mutabilia. a. 6. n. 64. 280.2

Non vnam esse semitam, qua ad cælum itur. ant. 12. n. 10. 552.1

*Canticum Canticorum.*

Canticum Canticorum, nonnulli sacram comædiam esse docuerunt. Præfat. n. 1

Canticorum liber exactam explanationem adhuc C C c 2 desiderat,

# INDEX RERVM

- desiderat, quâ mystica historicis plenè respondeant.* ibid.  
 Canticorum similitudines aptissimæ. ant. 1. num. 19. 7.1  
 Canticorum metrum Eclogam esse, & genus Carminis esse Bucolicum, siue etiam Georgicum. a. 1. num. 21. 8.1  
 Canticorum litteralem sensum an Patres veteres attigerint. a. 1. n. 34. 13.1  
 Canticorum liber quando à Salomone compositus. a. 1. n. 61. 23.2  
 Cantici mystica significatio de tribus vitæ spiritualis statibus. a. 1. n. 68. 26.2  
 Canticorum verba ex capite primo, ab hæretica expositione vindicata. a. 1. n. 72. 29.1  
 Canticorum ex Psalmi 44. an idem argumentum. *ibid.* n. 73  
 Cantica ad litteram de solo Christo non explanasse, an Iudaicum. a. 1. n. 74. 29.2  
 Canticorum Interpretis quod potissimum munus. a. 1. n. 77. 30.2  
 Canticorum Sponsa, Ecclesia Catholica. a. 3. n. 31. 77.1  
 Canticorum materia, nuptiæ. anteloq. 1. num. 12. 4.2  
 Canticum Salomonis tractat de arcanis, qualia speculantur Metaphysici & Theologi. ant. 1. n. 68. 26.2  
 Canticorum connexio. a. 3. n. 1. 69.2  
 Canticorum explanationis mysticæ, atque historicæ, collatio ad inuicem, & germanitas. a. 3. n. 70. 87.2  
 In Canticis non omnia memorauit Salomon quæ in nuptiis contigerunt. a. 3. n. 93. 95.2  
 Canticorum varia partitio. a. 3. n. 96. 96.2  
 Canticum Canticorum non nisi ex Dei reuelatione conscriptum. a. 1. n. 44. 17.2  
 Canticorum volumine contentum aliquid, Hebræorum reipublicæ accidere solitum. a. 3. n. 77. 89.2  
 Canticorum carmen non esse strictè Epithalamium, sed *dramatohymenæum*. anteloq. 3. num. 106. 99.2  
 In Canticis referuntur quædam Sponsæ somnia. a. 3. n. 108. 100.1  
 Canticorum volumen à Salomone compositum quò profanas cantilenas, & lasciuia carmina de medio tolleret. a. 1. n. 16. 6.1  
 Canticorum explanatio de memorandis Ecclesiæ euentibus, an noua, & præter vsum. a. 3. n. 132. 108.1  
 Canticorum libro contenti omnes præcipui Ecclesiæ casus. a. 3. n. 137. 110.1  
 In Canticis quo pacto claudantur futura post nostram ætatem. a. 3. n. 144. 113.2  
 Canticorum textus an etiam de B. Virgine ad litteram, an solum per accommodationem. a. 3. n. 145. 113.2  
 Canticorum & Psalmi 44. an eadem materia. ant. 1. num. 73. 29.1  
 Canticorum volumine narrata, num aliis Scripturæ locis referantur. a. 3. n. 85. 92.2  
 Canticorum materia nuptiæ Christi cum Ecclesia, non autem cum Synagoga. ant. 3. num. 115. 102.2  
 Canticum Canticorum Dialogismus. ant. 3. n. 116. 102.2  
 Canticorum liber verbum abbreviatum cæterarum Scripturarum. a. 3. n. 143. 113.1  
 Canticorum metrum non est rurale aut pastoritium. a. 5. n. 42. 200.2  
 Canticum Canticorum inter hagiographa locatum. a. 9. n. 28. 458.1  
 Canticorum quanta difficultas. anteloq. 9. num. 36. 460.2  
 Canticum Canticorum sic dictum propter mysteriorum inaccessam profunditatem. *ibid.*  
 Canticorum liber quamobrem difficillimus explicatu. a. 9. n. 39. 462.1  
 Canticorum liber ob ænigmata ferè insuperabilis. a. 9. n. 40. 462.2  
 Canticorum par difficultas, atque Apocalypcos. a. 9. n. 41. 462.2  
 Canticum Canticorum quinam ad longum explanauere. a. 11. n. 5. 527.1  
 Canticorum volumen profanæ eruditionis notitiam postulat. a. 11. n. 37. 540.1  
 Canticorum stylus castus. a. 1. n. 13. 5.1  
 Canticorum similitudines ab amore honesto puròque desumi. *ibid.*  
 Canticorum Scriptor quos interlocutores in scenam mittat. a. 5. n. 19. 188.1  
 In Canticis, quatuor personarum genera. a. 5. n. 19. 188.1  
 Quo regnante gesta sunt quæ narrantur in Canticum Canticorum. a. 5. n. 72. 218.1  
*Chanaan.*
 Terra Chanaan diuisa inter familias eiusdem tribus. a. 5. n. 14. 185.2  
 Terram Chanaan Verno tempore lustrarunt Exploratores. a. 5. n. 53. 206.2  
 Prodigij instar quod pluuiæ caderent tempore messis in terra Chanaan. a. 5. n. 55. 208.1  
*Chananaei.*
 Chananaei pessimis moribus homines. ant. 5. num. 1. 179.1  
 Chananaeis quorsum vitam concedere potuerint Hebræi victores. a. 5. n. 4. 180.1  
*Calceamenta.*
 Calceamentis diuisi nobiles à plebeis. ant. 6. n. 190. 324.2  
*Caluaria.*
 Caluarie loco num sepultus Adam. a. 6. num. 182. 321.1  
*Calumnia.*
 Calumniandi genus acerbissimum quod ex laudibus pariter & iniuriis est compositum. a. 4. n. 34. 138.1  
*Canonicum.*
 Canonicæ Scripturæ indicium. anteloq. 1. num. 2. 1.2  
 Canonicam esse Scripturam quid faciat. ant. 1. n. 48. 18.2  
*Charitas.*
 Charitatem morte non separari, vt Christus probarit. a. 6. n. 72. 283.1  
 Charitas Christi ex eius morte incrementa accipit. *ibid.*  
*Carmen.*
 Carmina ante nuptialem thalamum à Virginibus modulari solita. a. 1. n. 41. 16.2  
 Num aliquid Carmine in Bibliis Scriptum. a. 9. n. 9. 499.1  
 Carminum & Cantus encomia. anteloq. 4. num. 11. 450.1  
*Carthagenenses.*
 Carthagenenses navigationibus excellentes. ant. 6. num. 87. 288.1  
*Castitas.*
 Castitatis ratio habenda, Christi Corpus manducaturis. a. 4. n. 82. 162.1  
*Cathe*



# ET VERBORVM.

*Catholici.*  
 Catholicorum ex pace Ecclesiæ tepor. a. 3. num. 5. 1.  
 82.1

*Censor.*  
 Censorum indoctum & pessimum genus. a. 11. n. 31.  
 537.1

*Cetura.*  
 Cetura ex famula vxor Abrahæ primaria. ant. 5. n. 2.  
 179.1

*Christiani.*  
 Christiani primitiui quam dispositionem afferrent ad  
 Eucharistiam. a. 4. n. 80. 161.2  
 Christianorum primitiuorum quàm insignis ardor,  
 & deuotio. ibid.  
 Christianorum primit. mensa quàm sobria. ibid.  
 Christianorum cautela ne quid Christi Corporis  
 decideret. ibid.  
 Christiani non sedebant Missarum tempore, nec lo-  
 quebantur. ibid.  
 Strenui Christiani nullis franguntur laboribus. a. 12.  
 n. 63. 569.1  
 Primi Christiani aromatibus defunctorum corpora  
 condire soliti. a. 11. n. 43. 542.1

*Christus.*  
 Christi amor erga Ioannem Euangelistam in Cruce  
 præcipue enituit. a. 2. n. 3. 33.2  
 Christus genitricem in Cruce magis dilexit. ant. 2.  
 n. 6. 34.2  
 Christus quanti faciat hominum salutem? ibid.  
 Christus morti proximus, quid pretiosus, & amabi-  
 lius, testamento legauerit? a. 2. n. 7. 35.1  
 Christi singularis dilectio erga Ioannem Euangeli-  
 stam ob relictam ei Mariam. ibid.  
 Christus cur Ioanni Euangelistæ, Ecclesiæ curam  
 non mandarit? a. 2. n. 8. 35.1  
 Christo Eleemofina negabatur. anteloq. 2. num. 14.  
 38.2  
 Christi amor erga terrenam habitationem. a. 2. n. 2. 2.  
 41.2  
 Christum intra cælos quodammodo coarctari ob  
 amoris vehementiam in homines. ibid.  
 Christi Incarnatio accelerata. ibid.  
 Christus in cælum ascensurus ægre homines dese-  
 rit. a. 2. n. 23. 42.1  
 Christo in eius membris cuiunque seruire glorio-  
 sum. a. 2. n. 55. 54.2  
 Christum in horto cur captus? ant. 2. num. 69. 68.2  
 Christum creare regem voluit populus solius pro-  
 prii commodi vtilitate allectus. antel. 2. num. 75.  
 62.2  
 Christi egestas spontanea conuincit ipsum num-  
 quam ambiisse principatus dignitatem. a. 2. n. 76.  
 63.1  
 Christi gesta præcipua ab Anastasi vsque in diem,  
 quo assumptus est. anteloq. 3. num. 38. & seq.  
 78.2. & seq.  
 Christus resurgens matri apparet. anteloq. 3. num. 38.  
 79.1  
 Christi Apparitio ad vada Tiberiadis. antel. 3. n. 39.  
 79.1  
 Christi ex Resurrectione gloria. ant. 3. n. 40. 79.1  
 Christi in cælum Ascensio. a. 3. n. 41. 79.2  
 Christi & Ecclesiæ nuptiæ, num per Incarnationem  
 celebratæ? a. 3. n. 109. 100.1  
 Christi varia matrimonia apud Patres. a. 3. num. 110.  
 100.2  
 Christus per Eucharistiam nuptias celebravit. ibid.  
 Christi nuptiæ in Ascensione, & Pentecoste. ibid.  
 Christo desponsata Ecclesia, cum in ligno pateretur.  
 a. 3. n. 111. 101.1

Christus Synagogam repudiavit coniuncta sibi Ec-  
 clesia ex gentibus. a. 3. n. 113. 101.2  
 Christi nuptiæ an improprie dicantur factæ per In-  
 carnationem. a. 3. n. 117. 103.1  
 Christi ex latere formata Ecclesia. antel. 3. num. 114.  
 102.1  
 Christi & Ecclesiæ Sponsalia in Cruce facta: nuptiæ  
 in die Pentecostes. a. 3. n. 118. 103.2  
 Christus an per lateris apertionem meruerit. antel. 3.  
 n. 124. 105.2  
 Christi nuptiæ, vt ab humanis nuptiis differant. a. 3.  
 n. 125. 106.1  
 Christus vir Sponsæ Ecclesiæ, quo more præsens. a. 3.  
 n. 126. 106.1  
 Christi quàm immensus ardor, pro hominibus pa-  
 tiendi. a. 4. n. 37. 139.1  
 Christus infans persecutionem declinat, vir autem  
 factus requirit vt sicincipientes & perfectos do-  
 ceat. a. 4. n. 52. 146.2  
 In Christi quadriga bos iunctus Aquilæ, cuius rei  
 symbolum? a. 4. n. 99. 172.1  
 Christus cur in omnibus fuerit adeò mansuetus? a. 4.  
 n. 102. 173.1  
 Christi genealogia num probet eum ex regia tribu  
 Dauidica ortum? a. 5. n. 14. 185.1  
 Christi generatio scribebatur pro recens conuersis ex  
 Iudaismo. a. 5. n. 14. 185.1  
 Christus quo anni tempore fatigatus sedit supra fon-  
 tem. a. 5. n. 58. 209.1  
 Christus in gloriam Patris totus intendebat. antel. 6.  
 n. 52. 276.2  
 Christi gaudium super conuerso peccatore. antel. 6.  
 n. 75. 284.1  
 Christo quo quisque proximior, eò felicior. antel. 10.  
 n. 104. 522.2  
 Christus quàm potens in verbis. anteloq. 8. n. 146.  
 440.2  
 Christi verba, sagittæ medullam spiritus traicientes.  
 a. 8. n. 146. 441.1  
 Christus quàm rectè Princeps pacis appelletur. a. 12.  
 n. 68. 570.2  
 In Christo omnia duplicia. ibid.

## *Chorus.*

Chori Deo canentium apud veteres, alter femina-  
 rum, alter virorum. a. 5. n. 19. 188.1  
 Choro virorum mulieres etiam cantatrices inter-  
 mixtæ. a. 5. n. 19. 188.2  
 Chorus Canticorum ex Virginibus cantatricibus.  
 a. 5. n. 21. 190.2

## *Cleopatra.*

Cleopatæ blandum satellitium. anteloq. 5. num. 23.  
 141.1

## *Cognomina.*

Cognomina inhonora quorsum retinuerint ad  
 consulum euecti Romani? anteloq. 6. n. 48.  
 274.2

## *Columba.*

Columba fidem compari seruat. anteloq. 4. n. 35.  
 138.1  
 Columbæ, pedibus annexas epistolas in castra feren-  
 tes, & tabellionum vicem gerentes. ibid.

## *Columna.*

Columna ignis in eremo frigora pellebat. a. 4. n. 58.  
 149.2

## *Commentaria.*

Commentariorum quis scopus. a. 11. n. 9. 528.1  
 Commentariorum quæ longitudo vituperanda. a. 11.  
 n. 1. 525.1  
 Commentaria longa encomio & honore digna.  
 ibid. 525.2

# INDEX RERVM

- Commentariorum longitudo quæ approbanda? a. 11. n. 9. 528.2  
 Commentariis perpoliendis quinam Auctores incubuerint. a. 11. n. 3. 526.1  
*Commentationes.*  
 Commentationes in Historiam veteris instrumenti quæ sensum mysticum deserunt, quales censenda? a. 11. n. 25. 534.2  
*Comœdia.*  
 Comœdiæ atque tragœdiæ diuersitas. ant. 3. n. 107. 99.2  
*Conceptus.*  
 Conceptus & locos communes formare an liceat Scripturarum Interpreti? anteloq. 11. num. 27. 135.1  
 Conceptuum studium decet eruditissimos quosque. a. 11. n. 28. 535.2  
 Conceptuum utilitas maxima. ibid. 536.1  
 Conceptuum qualis debet esse vsus Oratori Christiano. a. 11. n. 30. 536.2  
*Concilia.*  
 Concilia generalia approbata, decem & octo. a. 3. n. 53. 82.2  
 Concilia Ecclesiæ non omnia, quæ vt vera admittunt, Synodica auctoritate stabiliunt. a. 5. num. 17. 187.1  
*Concionator.*  
 Concionatorum exaggerationes quænam licitæ? a. 11. n. 32. 537.1  
 Concionatorum improprie expositiones, fortasse accomodatitij sensus. a. 11. n. 34. 538.1  
 Concionator quo temperamento vti debeat in allegandis gentilium effatis. a. 11. n. 36. 539.1  
*Concupiscentia.*  
 Concupiscentiæ carnales acerbiores mouere persecutionem aduersus David, quàm cæteri ipsius hostes. a. 4. n. 61. 151.1  
*Coniuratio.*  
 Coniuratorum pacta hausto humano sanguine. a. 8. n. 137. 438.1  
*Consanguinei.*  
 Consanguinei capitales hostes sunt magnorum actuum. a. 4. n. 33. 137.2  
*Conscientia.*  
 Conscientiæ securæ indicium, mentis alacritas. a. 4. n. 13. 130.2  
 Conscientiæ reddendæ ratio, quàm salutaris. antel. 4. n. 74. 158.1  
*Constantinus.*  
 Constantini erga Ecclesiam Romanam liberalitas. a. 3. n. 48. 81.1  
 Sub Constantino felicissimus Ecclesiæ vultus. ant. 3. n. 49. 81.2  
*Consuetudo.*  
 Consuetudo difficillimè exiit. anteloq. 2. num. 36. 47.1  
*Contemplatio.*  
 Contemplatio in hac vita breuis. anteloq. 2. n. 19. 40.2  
*Controuersia.*  
 Controuersia quamlibet partem sequi licitum ante definitionem Ecclesiæ. a. 3. n. 156. 120.2  
*Conuiuium.*  
 In Conuiuiis potiora loca pro maiori ætate assignata. a. 4. n. 46. 143.2  
 In Conuiuiis missa primum pocula ad digniores. ibid.  
 Conuiuiorum Magister quis? a. 5. n. 30. 194.2  
 Conuiuiorum Magister quam potestatem exerceret in hospites. a. 5. n. 31. 195.1  
 In Conuiuiis & melior locus, meliorisque cibi nobilioribus. a. 5. n. 34. 196.2  
*Cornelius.*  
 Cornelij Baptismus. a. 3. n. 44. 80.1  
*Corpus.*  
 Corporalium nimius affectus rerum spiritalium parit fastidium. a. 2. n. 75. 63.1  
*Corui.*  
 Coruorum inter se amor & concordia. antel. 4. n. 35. 138.1  
 Coruorum infida oscula. ibid. 138.2  
 Coruus cadaueribus oblectatur. antel. 6. num. 189. 224.1  
 Corui implumes qua nutriantur esca. ant. 12. num. 7. 551.2  
*Culpa.*  
 Culpa vnus multitudini nocet. anteloq. 4. num. 36. 139.1  
*Curiositas.*  
 Curiositatis damnum. a. 2. n. 111. 37.1  
*Currus.*  
 Currum multus vsus Palæstinis. anteloq. 5. n. 72. 218.1  

## D

*David.*  
